O de⁹ nos offendim⁹). i. irritauim⁹ (tuā clemētiā). i. tuā benignitatem (nr̄is malis). i. carnalib⁹ opib⁹. τ qr tu pius τ miſicors es et dixiſti nolo mortē pctōꝝ ſed vitā: τ vt ↄuertātur τ viuāt p cordis ↄpūctionē (o remiſſor). i. ↄdonator delictoꝝ (effunde). i. emitte nob (de ſup). i. de ſupno ſolio indulgētiā pctōꝝ.

Noſtris malis offendimus
Tuam deus clementiam:
Effunde nobis deſuper
Remiſſor indulgentiam.

Et mittere debes de celo nob veniaz qr nos redemiſti ſanguie tuo (τ ideo memēto) o dn̄e (qr tui ſum⁹) redēpti (licet). p q̄zuis (caduci plaſmatis). i. fragilis nature qr de limo terre (τ p̄camur) te dn̄e (ne tu des). i. pmittas (alteri). i. inimico hūani generꝫ (honorē noīs tui) ſ. nos qr noīe tuo xp̄e: xp̄iani vocati ſumus.

Memento q; ſumus tui
Licet caduci plaſmatis:
Ne des honorem nominis
Tui precamur alteri.

Et qr alter non debet occupare honorē noīs tui: rogamus te (laxa). i. dimitte nobis (malum). i. pcc̄m (qȯ geſſimus). i. qȯ male ppetrauimus (τ auge). i. augmenta (bonuz qȯ poſcimus) a te (quo). p vt (poſſimus). i. valeamus (placere tibi tandem) i. hic in preſenti. i. in conſpectu tuo (τ perpetim) ideſt perenniter.

Laxa malum quod geſſimus
Auge bonum quod poſcimus
Placere quo tandem tibi
Poſſimus hic & perpetim.

¶ Carmen eſt quale ſuperius. Canitur in tempore quadrageſimalis ieiunii. multipliciter dei miſericordiam & peccatorum ueniam implorat.

Summi largitor præmii
Spes qui es unica mundi:
Preces intende ſeruorũ
Ad te deuote clamantium.

Additus cũ glo. Pro tp̃e q̃drageſimali in quo canitur materiã ſeruat p̃ſens hymn⁹. rogat deum vt nos famulos ſuos deuotos exaudire dignet̃ 7 nr̃m acceptare ieiuniũ vt ſic digne capiamus paſchalia ſacramẽta. inq̃t ergo (o largitor). i. o ſumme deus dator (p̃miũ ſummi). i. eterne b̃titudinis (q̃ es vnica ſpes mundi). i. in quẽ ſoluꝫ mũdus ſpare debet q2 creator 7 redẽptor eſt. nã ſua paſſiõe 7 morte g̃rioſa nos redemit (intẽde). i. attẽde ſuſcipe (p̃ces ſeruoꝝ). ſ. tuoꝝ (clamãtiũ ad te). i. ad tuam miam 7 hoc (deuote). i. humiliter.

Noſtra te conſcientia
Graue offendiſſe monſtrat:
Quam emundes ſupplicamus
Ab omnibus piaculis.

Nã ſcd̃m boetiũ ſeuerinũ: q̃ opam medicãtis expectat: oportet vt medico ſuũ vulnus detegat. infirmi more defectũ ſuũ nũc detegit nr̃a ↄſciẽtia vt inde opẽ medicãtis imploret dicẽs (nr̃a ↄſciẽtia monſtrat). i. fatetur (offendiſſe te graue). i. grauiter ad iracundiã prouocaſſe. non q2 ira cadat in deum: ſed loq̃ndo more humano. vt dauid. Dñe ne in furore tuo arguas me neq3 in ira 7c. (quã). ſ. ↄſcientiã o x̃pe (nos ſupplicamus vt emũde). i. expurges (ab omnibus piaculis). i. ab omnibus maculis peccatoꝝ. Boetius.

Si renuis quis tribuet
Indulge quia potens es
Te corde rogare mundo
Fac nos precamur domine.

Demõſtrat ſolius dei eſſe ſemp̃ miſereri 7 parcere. q2 ipſe dixit in q̃cunq3 hora ingemuerit peccator 7c. (ſi renuis). i. recuſas p̃ces nr̃as exaudire 7 mũdare nos a pc̃tis (qs tribuet). i. remittet pc̃ta nr̃a. q. d. nullus niſi tu ergo (indulge). i. parce nobis tu (q2 potẽs es) 7 (o dñe p̃camur fac). i. vt facias (nos rogare te mũdo corde). i. nr̃a ↄſciẽtia mũda 7 ꝑpterea erit acceptior 7 letabimur impetraſſe.

Ergo accepta hoc noſtrum
Qui ſacraſti ieiunium:
Quo myſtice paſchalia
Capiamus ſacramenta.

Concludit. Ergo quia tu ſolus potẽs es (accepta). i. gratum habe (hoc noſtrum ieiunium qui ſacraſti). ſ. eum perſonaliter ieiunando (quo). put vel quo. ſ. mediante (capiamus paſchalia ſacramenta). i. cõmunionem ſacri corpis 7 ſanguinis tui (myſtice). i. ſacramentaliter ſub ſpecie panis 7 vini. Sacramentum euchariſtie ſecundũ magiſtruꝫ ſententiarum in. iiii. diſtin. in. ix. duobus modis ſumitur ſcilicet ſacramentaliter 7 ſpiritualiter eſt 7 alia lr̃a. ſ. acceptare infinitiuus vel impatiuus paſſiuus ſic. i. redaris acceptus ad noſtrum ieiunium paſſiue quia non reperitur deponens non ſit colliſio in hoc verſu. M. ſnãꝝ.

Summa nobis hoc conferat
In deitate trinitas:
In qua gloriatur unus
Per cuncta ſecula deus. Amen.

Summa trinitas in deitate. i. deus trinus in perſonis (cõferat nob). i. ↄferte dignet̃ nobis (hoc). ſ. quod rogatum eſt (in qua) ſc3 trinitate (vnus deus) ſc3 per eſſentiam (gloriatur). i. letatur. ſ. regnans per cuncta ſecula idest eternaliter.

¶ Carmen eſt quale illud primo dierum. Canitur in quadrageſimali ieiunio a dominica in paſſione. Commemorata chriſti paſſione crucẽ maximis laudibus proſequitur.

V Exilla regis prodeunt
Fulget crucis myſterium
Quo carne carnis condi
Suſpenſus eſt patibulo. (tor

Materia huiꝰ hymni eſt talis: vt dicit btūs ambroſius. Paſſio dn̄i venit: ⁊ qꝛ venit debemꝰ de paſſiōe aliq̄d agere: ⁊ qꝛ debemꝰ de paſſiōe aliq̄d dicere: ergo dicamꝰ. Vexilla regis. vexilla dn̄i ſunt iſta. baptiſmus de quo ipſe dicit. Niſi q̄s renatꝰ fuerit ex aq̄. ⁊c. Itē vexilla ſunt corpus ⁊ ſanguis eiꝰ. Unde ipſe dicit. Niſi mādncaueritis carnem filij hoīs. ⁊c. Cōſtrue (vexilla). i. ſigna (regis). i. chriſti (prodeūt). i. apparēt (myſteriū) i. ſacrificiū. ſ. paſſio chriſti crucis fulget: qꝛ expugnauit diabolum quo myſterio (conditor). i. creator carnis (ſuſpenſus eſt patibulo) ⁊ hoc carne pro humano genere: vel in carne ſua propria.

Que ſūt vexilla domini.

Confixa clauis uiſcera
Tendens manus ueſtigia:
Redemptionis gratia
Hic immolata eſt hoſtia.

Ego dixi ꝙ xp̄s ſuſpēſus eſt patibulo) i. cruce. ⁊ ideo xp̄s (imolata eſt hoſtia) vł talis eſt lr̄a. ſ. in ara crucis gr̄a redēptiōis. i. ſaluatiōis humani gn̄is (tēdēs). i. extēdēs manus. ſ. ſuas in cruce ⁊ tēdens (veſtigia) ſanguinis ipſius ⁊ ꝑ hoc nota ꝙ ſanguis fluxerat ꝑ totū corpus ipſiꝰ. tēdens dico viſcera numeralia: qꝛ in tm̄ fuit extēſus xp̄s in cruce: ꝙ oīa mēbra ipſiꝰ poterāt numerari (cōfixa). i. ꝑforata (clauis). Claui em̄ ſunt poſiti in manibꝰ ſuis ⁊ pedibꝰ ⁊ lācea in latere: ⁊ exinde exiuit ſanguis ⁊ aq̄. exinde dico manauit ſanguis redēptionis ⁊ aq̄ baptiſmatis ex q̄bꝰ nos xp̄iani regeneramur in fonte ⁊ in ſacro baptiſmate.

Nota gloſa circa ſacramēta.

Quo uulneratus inſuper
Mucrone dire lancee:
Vt nos lauaret crimine
Manauit unda ſanguine.

Ecce myſteriū crucis fulget ꝑ totū mūdū: qꝛ ꝑ crucē habemꝰ altare: ꝑ corpꝰ xp̄i hoſtiā: ꝑ ſanguinē vinū ⁊ ꝑ ſudorē aquā ex q̄bꝰ ſacrificiū facimꝰ ſingulariter. qꝛ ex imolatione crucis ſibi ſit altare. ⁊ ideo ꝑ crucē habemus altare in q̄ ſacrificamꝰ (quo). i. i quo (patibulo) vulneratꝰ (inſuꝑ). i. ſuꝑ clauos (mucrone). i. acumine (lācee dire). i. crudelis. ⁊ ad q̄d ad hoc. ſ. (vt nos lauaret crimie). i. a pctō (vnda). i. aq̄ (manauit). i. perfluit cum ſanguine.

Impleta ſunt que concinit
Dauid fidelis carmine:
Dicendo nationibus
Regnauit a ligno deus.

Et eo tp̄e ꝑpetrata ſunt q̄ ſcripta ſunt ꝺ chriſto ꝑ prophetas. Unde ipſe ſumēs acetū in cruce cū ſpongia dixit. cōſumatū eſt (q̄ dauid cecinit). i. prophetauit (fideli carmine) in pſalterio ſunt impleta iſta (dicendo nationibus) ideſt gentibus diuerſis (deus regnauit a ligno) ideſt a paſſione ſurrexit.

Arbor decora fulgida
Ornata regis purpura:
Electa digno ſtipite
Tam ſancta membra tangere.

Et qꝛ pepēdit i cruce poſſumꝰ ꝓferre vocē admiratiōis. O q̄ntū fuit ornata (arbor decora). i. pulchra (⁊ fulgida). i. ſplēdida (ornata). i. decora (purpura regis) i. purpureis mēbris xp̄i. Arbor dico (electa tāgere) i. ſuſtinere (tā ſctā mēbra digno ſtipite). i. ſctō trunco.

Beata cuius brachiis
Secli pependit precium:
Statera facta corporis
Predamq̄ʒ tulit tartaris.

Vere btā fuit arbor vł crux in q̄ pependit ꝑciū mundi. ſ. xp̄s (brachijs. i. cornibꝰ (cuius). i. crucis (ꝑciū ſecli) intue (pepēdit) arbor dico (facta ſtatera). i. libra (corporis xp̄i) tulit predā tartaris. nā deſcendens dn̄s de cruce ad tartara nullū de ſuis ibi reliquit. In hoc loco ſermo dirigitur ad crucem.

O crux aue ſpes unica
Hoc paſſionis tempore:
Auge piis iuſtitiam
Reiſq̄ʒ dona ueniam.

Et qꝛ ex ſtatera facta. (O crux aue) i. ſalue tu dico (vnica ſpes) noſtra (auge). i. multiplica (iuſtitiā pijs) ideſt pietatem habētibus (hoc tempore paſſionis ⁊ dona veniam). i. remiſſionem peccatorum ſcilicet reis.

ℭ Te ſumma deus trinitas
Collaudet omnis ſpiritus:
Quos per crucis myſterium
Saluas rege per ſæcula.

Et qꝛ nos redemiſti tuo ſanguine. ideo (o ſumma trinitas deꝰ) om pꝰs (oīs ſpūs collaudet) te ꝛ quos ſcʒ hoīes ꝑ myſteriū crucis ideſt ꝑ paſſionem (ſaluas). i. liberas (rege per ſecula) cuncta.

ℭ Carmen eſt dimetrū iambicū cacometrū. Canitur in quadrageſimali ieiunio a dn̄ica in paſſione. Narrat quemadmodum ꝓ redemptione generis humani xp̄s natꝰ atqꝫ paſſus eſt.

Pange lingua glorioſi
Prelium certaminis
Et ſuper crucis tropheum
Dic triumphum nobilem
Qualiter redemptor orbis
Immolatus uicerit.

Hymnꝰ iſte ꝯtinuat ſupiori. dixerat em̄ ꝙ dn̄s poſitꝰ fuit in cruce ꝛ latꝰ eiꝰ ꝑforatū. ꝛ ſic depcamur eū ꝙ ſicut mortuꝰ eſt. i. ſicut corpus aſſumpſit in v̓gine: ꝛ in cruce mortificari paſſus eſt ꝓ nr̄a redēptiōe: ꝛ ad iferna deſcēdit cū diabolo pugnauit: ꝛ eū ſupauit: ſic faciat nos vincere cūcta nob̄ aduerſantia ſcʒ diabolū ꝛ mūdū ꝛ ꝯcupiſcētiā eiꝰ: ꝛ domeſticū inimicū. ſ. carnē de quo dr̄. Quāto familiaris magis eſt peſtis: tāto ꝑiculoſioꝛ. (O lingua pāge). i. manifeſta (ꝓliū certaminis glorioſi). i. victoriā quā xp̄s obtinuit moriēdo ſm̄ carnē qn̄ vicit mortē morte ſua. Ūn̄ ipſe ait. O mors ero mors tua ꝛc̄ (ꝛ ſup tropheū). ſ. de victoria (crucis dic triūphū nobilē) de inimicis fugatis (q̄liter redēptoꝛ). i. liberatoꝛ (orbis). i. totiꝰ mūdi (imolatꝰ) i ara crucis (vicerit). i. vicit diabolū. Et nota ꝙ ante paſſionē xp̄i diabolꝰ duas manꝰ. i. duas ꝑtātes. ſ. in corꝑe ꝛ in aīa hoīs habuit qꝛ quoſdā in corꝑe ꝛ in aīa: quoſdā tm̄ in aīa poſt mortē trahebat poſt ſe: ſed modo poſt paſſionē. vnā hʒ. ſ. de duabꝰ ꝑtātibꝰ amiſit vnā. ¶ Manꝰ aūt dr̄ a manādo ex eo ꝙ ex brachijs mānet vl̄ qd̄ digiti manāt ex ea.

Peſtis eo ꝑiculoſioꝛ quo familiarioꝛ. Diabolus habūit duas manꝰ. Manꝰ vn̄.

ℭ De parentis prothoplaſti
Fraude facta condolens:
Quando pomi noxialis
Morte morſu corruit:
Ipſe lignum tunc notauit
Damna ligni ut ſolueret.

In hoc loco apoſtrophat ſe auctoꝛ. ſi aliqs forte diceret q̄re fuit imolatꝰ xp̄us. rn̄deo ſic. qꝛ ꝯdoluit de deceptiōe ꝓmi parētis: ſcʒ ade (xp̄s ꝯdolēs de facta fraude parētis.) nr̄i ade (ꝓthoplaſti) i. ꝓmi formati: qn̄ corruit ꝓmꝰ parēs (morte) i. i mortē. ꝛ hoc (morſu vetito pomi noxialis). i. nociui (ipſe) xp̄us (tūc notauit) ꝑordināndo ſignauit (lignuʒ). ſ. ſc̄e crucis (vt ſolueret). i. recuꝑaret (dāna ligni). i. q̄ venerāt (lignū). i. pomū vetitū.

ℭ Hoc opus noſtræ ſalutis
Ordo depopoſcerat:
Multiformis proditoris
Ars ut artem falleret:
Et medelam ferret inde
Hoſtis unde leſerat.

Bene dico ꝙ xp̄s tūc notauit lignū vt ſolueret damna ligni. quia nullo alio modo poteramus recuperari ꝛ hoc aggreditur dicere. (Ordo ſalutis noſtre depopoſcerat) hoc opus ſcʒ vt deus carnem ſumeret ꝛ patibulū crucis ſubiret ꝛ per lignum damna ligni ſoluerent (vt ars) ideſt deus qui eſt artifex omnium rerum (falleret) ideſt deſtrueret (artem multiformis proditoris). i. diaboli. ꝛ vt chriſtus (ferret medelam) ideſt ſalutem omniū gentium (inde) ideſt ex illa re. ſcilicet a ligno (vnde) ideſt de quo ligno (hoſtis). i. diabolus (leſerat). i. nocuerat.

ℭ Quando uenit ergo ſacri
Plenitudo temporis:
Miſſus eſt ab arce patris
Natus orbis conditor.
Atqꝫ uentre uirginali
Caro factus prodiit.

Ergo quando) ideſt poſtꝙ (plenitudo temporis) ideſt quando vltima etas (venit) ideſt vt deus ſacrificaret filium (conditoꝛ orbis) ideſt chriſtus (natus miſſus eſt ab arce patris) in mūdum (atqꝫ factus caro) vel car-

ualis(prodiit).i.exiit(de ventre virginali.) Et nota q ſicut flos ſine macula pulcher ⁊ olēs ⁊ ſuauis naſcitur: ita xp̄s ſine ſemine et ſine crimine de vtero v̓ginis marie ꝓdiit.

(Infans).i.xp̄s (poſitus inter arcta).i. anguſta(preſepia vagit) i.plangit. Et nota q vagire eſt proprium pueroꝝ (v̓go) maria mater ſua(alligat membra) ſua(inuoluta pānis ⁊ faſcia).i.vitella cingit pedes ⁊ manus ⁊ crura ſtricta.

(Glīa ⁊ honor ſit vſq̄ quo altiſſimo deo (vna).i.ſimul(patri ⁊ filio inclyto).i.glorioſo (paraclyto).i.ſpūi ſancto ſit laus ⁊ glīa ſimiliter coeterna ⁊ equalis maieſtas ⁊ tribus pſonis ⁊ vni deo(cui laus eſt ⁊ poteſtas) p eterna ſecula. Amen.

℄ Vagit infans inter acta
Poſitus preſepia:
Membra pannis inuoluta
Virgo mater alligat:
Et manus pedeſq̄ crura
Stricta cingit faſcia.

℄ Gloria & honor deo
Vſq̄ quo altiſſimo:
Vna patri filioq̄
Inclyto paraclyto:
Cui laus eſt & poteſtas
Per æterna ſęcula. Amen.

Carmē eſt ſimile dimetro iambico. Canitur t̄pe ieiunii a dn̄ica in paſſione: cōmemorata xp̄i paſſione conuertit ſe ad laudes crucis in qua paſſus eſt.

Luſtruꝫ ⁊ vnde.

¶ Nota q luſtrū dr̄ ſpaciū.v. annoꝝ ⁊ dr̄ a luſtrādo eo q romani luſtrabāt p ſpaciū.v. annoꝝ totā romā. ⁊ nos ſilr p qnq̄ etates debem⁹ luſtrare totā romā.ſ.ſc̄am eccleſiā vincētē inimicos. ⁊ etiā luſtrū dr̄ obſcuꝝ latibulū feraꝝ.ſ.cubile feraꝝ. Itē luſtrū dr̄ lupanar meretricū ⁊ in vtraq̄ ſignificatione dr̄ a luſtro. as.p ꝯtrariū q̄ paꝝ illuſtrat.i.illuminatur. Hymn⁹ iſte ſic ꝯtinuat. xp̄s carnaliter erat. xxx. ānoꝝ cū eēt dedit⁹ paſſiōi. Luſtra ſex ⁊c. Et nota accuſatiui vel ablatiui caſus poſſunt ibi legi. Ablatiui ſic legunt. xp̄s q̄ ē implens t̄ps.i.etatē corpis hūani ſex luſtris iā pactis. ⁊ textus pōt hr̄e luſtris ſex q̄ iā pactis. Freq̄ntius tn̄ eſt vt accuſatiui ibi legant ſic(xp̄s q̄ eſt implēs t̄ps).i.etatē corpis hūani.ſ.p ſex luſtra(iam pacta nat⁹ ſe volēte).i.ſpōte nat⁹(ad hoc) vt pateret(agn⁹).i.xp̄s ſine macl̄a. deditus paſſiōi leuat in cruce a iudeis(immolād⁹).i.ſacrificād⁹.ſtipite.i.ligno.

Luſtra ſex q iam pacta
T̄ps implens corpis:
Se uolēte nat⁹ ad hoc
Paſſione deditus:
Agnus in cruce leuat
Immolandus ſtipite.

(Hic).i.in cruce dederūt ei(fel ⁊ acetum) vel fel mixtū aceto(⁊ arūdo).i.calam⁹ tradit ei in ſignū deriſiōis p ſceptro ⁊ p̄ter hec(ſputa) adhibita ſūt ei(corp⁹ mite) i.ſuaue pforat clauis ⁊ lācea ⁊ inde (ſanguis vnda).i.aqua (pfluit.i.exiuit de corpe ei⁹ q̄ flumine).i.p q̄ ſanguinis effuſiōe(terra).i.hūiles (pōtus).i. fluctuātes vitio(aſtra).i.iuſti(⁊ mūd⁹).i.mūdani(lauant).i.purgant. Per aquā debem⁹ intelligere baptiſmū.p ſanguinē chriſma. Et q̄dā dicūt q angeli boni purgati ſunt de labe quā habuerūt de illis q̄ ceciderūt: vt lucifer ⁊ ſui cōplices. ⁊ ideo dicit aſtra.

Quid intelligit p aquam et ſanguineꝫ chriſti.

℄ Hic accetum: fel: arundo:
Sputa: clauis: lancea:
Mite corpus perforatur
Sanguis unda profluit
Terra pontus aſtra mundus
Quo lauantur flumine.

Et q̄ redemit nos in cruce leuatus: oēs debem⁹ clamare.(O crux fidelis arbor inter oēs vna).i.ſola(nobilis) q̄ (nulla ſilua pfert talē) arborē(frōde).i.ꝓtectiōe(flore).i.decore (germine).i.fructu vel radice(vel flore) ideſt xp̄o q̄ vocat⁹ eſt flos a ꝓphetis. q̄ ſicut flos procedit ſine feditate vel aliq̄ putredine: ita

℄ Crux fidelis inter omnes
Arbor una nobilis:
Nulla ſilua talem profert
Fonde flore germine
Dulce lignum dulces clauos

Dulce pondus ſuſtinet.

xp̃s ex vtero v̾ginis ꝓceſſit ſine aliquo pc̃o (dulce lignū) fuit illō qͦ ſuſtinet dulces clauos xp̃i (⁊ dulce pōdus). i. xp̃m.

ℭ Flecte ramos arbor alta
Tenſa laxa uiſcera
Et rigor lenteſcat ille
Quem dedit natiuitas
Vt ſuperni membra regis
Miti tendas ſtipite.

Et q꞉ p̃cium mundi pependit in te: ideo (o arbor alta flecte). i. humilia (ramos). i. brachia crucis (laxa). i. relaxa (viſcera xp̃i tenſa) ideſt extenſa in te (⁊ ille rigor) ideſt duricia (lenteſcat) ideſt moleſcat (quem) rigorez (natiuitas) ideſt natura (dedit) tibi (vt tendas ſtipite). i. in cruce (miti). i. humili membra ſuperni regis.

ℭ Sola digna tu fuiſti
Ferre ſecli precium.
Atq꞉ portum preparare
Nauta mundo naufrago:
Quem ſacer cruor perunxit
Fuſus agni corpore. Amen.

Tu ſola fuiſti digna (ferre p̃ciū ſecli). i. ſuſtinere illū q̃ fuit app̃ciat⁹. xxx. argēteis (atq꞉) p̃parare portū (quaſi) nauta mundo (naufrago). i. periclitanti. i. hoibus periclitantibus (quē mundū ſacer cruor). i. ſc̃tus ſanguis (perunxit). i. mundauit. ille dico (fuſus) corpore agni.

ℭ Metrum eſt iambicum. Auctor eſt Ambroſius. &c

CHorus noue ieruſalem
Noua melos dulcedine
Promat colens cū ſobriis
Paſchale feſtū gaudiis.

Materia hui⁹ hymni ē inuitare nos ad laudē feſti paſchalis cū militauerim⁹ contra diabolū. dicit ergo Chor⁹ noue ⁊c. Notādū eſt ꝙ p̄mo vocabat̃ ciuitas illa ieb⁹. ſc̃do iebuſalē. tertio ſalē. q̃rto ierl̃m ꝑ qͦ ſignificatur multiplex hois ſtat⁹. Ieb⁹ eñ interp̃tat̃ cōculcamē ⁊ hoc eſt qñ aliq̇s in adoleſcētia intōſus efficit̃. Iebuſalē interp̃tat̃ pax ꝯculcationis. ⁊ hoc ē qñ aliq̇s habitat ⁊ delectat̃ in p̄dictꝭ. Salē interp̃tat̃ pax ⁊ hoc ē qñ aliq̇s reuerſus eſt a vitiꝭ. Ierl̃m interp̃tat̃ viſio pacis. ⁊ hoc ē qñ aliq̇s fruet̃ celeſti gaudio. Unde hoc nomē ierl̃m q̃ttuor modis accipit̃ ad lr̃am. Ierl̃m ē illa ciuitas paleſtine. Anagogice ierl̃z eſt eccl̃ia triūphās. ſ. chor⁹ celeſtꝭ p̄rie. In hoc loco accipit̃ ſic (Chor⁹ noue ierl̃z). i. noue aīe ſcꝫ cuiuſlibet hoīs bene innouati ⁊ purgati a vitiꝭ (ꝓmat noua dulcedine). i. dulce melos. Melos ḋr a mel: q꞉ ſicut mel fit ex diuerſis generib⁹ rex: ita melos eſt qͦ fit ex diuerſis notulis nouū. Unde cātate dn̄o cāticū nouū. Mel ḋr a miſcēdo. vnde ꝓhibebat̃ in lege ꝙ nemo in ſacrificio poneret mel ſed ſemꝑ ſal. Mel eñ fit ex diuerſis generib⁹ rex. Hō nō ḋbet eſſe diuerſus ſꝫ vniformis in bono. vñ vinū ⁊ ſicerā nō bibet. Etiā ſumit̃ hic vinum in mala ſignificatiōe. vinū fit ex vno genere rex. illi bibūt q̇ tale q̇d faciūt ſemꝑ qͦ niſi ſit rep̄hēſibile. Sicera fit ex diuerſis generib⁹ rex q̃ duo mixta vnū corrūpit aliud. vt de ceruiſia aut granū corrūpit aquā aut aq̃ granū. Ille ergo bibit ſicerā q̇ facit aliq̇d qͦ videt̃ de genere bonoꝝ cū nō ſit (chor⁹) dico colēs feſtū paſchale (cū gaudiꝭ ſobriꝭ) ꝯuenit ad corp⁹ vñ. Sobrie ⁊ iuſte ⁊ pie viuam⁹ i hoc ſcl̃o. iuſte q̇ ad ꝓximū: pie q̇ ad deū: ſobrie q̇ ad noſmetipos.

Quibus noib⁹ vocabat̃ āte ierl̃z ⁊ q̃re

Ierl̃m q̃druplicit̃ accipit̃ ƒꝫ iiij. ſenſus ſacre ſcripture.

Melos vñ. Mel vñ. Sicera.

Additio. Mel non ḋr a miſcēdo: ſed a meli greco. Melos aūt nō ḋr ab hoc noie mel ſꝫ eſt grecū: ⁊ eſt cant⁹ ſuauitas ſiue dulcis modulatio.

ℭ Quo xp̃s inuict⁹ leo
Dracone ſurgens obruto:
Dum uoce uiua perſonat
A morte functos excitat.

Quo. ſ. feſto paſchali (xp̃s inuict⁹ leo) vt narrat phiſiologus. Sicut leo rugitu ſuo reſuſcitat catulum poſt triduum: ita pater filium quare dictus eſt leo. ille dico (ſurgens dracone) ideſt diabolo (obruto). i. lapſo (dum viua voce perſonat) vt genimina viperarū: quis docuit vos fugere a ventura ira? Uel generaliter poteſt legi de angelis qui viua voce reſuſcitabunt mortuos ad iudicium (excitat functos a morte) ſecundum primam litteram (a morte). i. a mortali peccato: ſc̃dm aliaꝫ (a morte) quam omnis homo habebit.

Ipſe.ſ.de⁹(refudit).i.retro fudit vl' reddidit(prædam quã tartarus).i.infernus(improbus).i.inſatiabilis(deuorarat)ideſt ad ſe traxerat(captiuitate libera).i.aie ſanctorum (libera agmina ſequuntur ieſum) vnde illud quocunq3 pergis.⁊c̃.

Quam deuorarat improbus
Prædam refudit tartarus:
Captiuitate libera
Ieſum ſequuntur agmina.

Nos ſupplices).i.humiles(p̄camur ipſum regẽ).i.xp̄m nos dico milites precemur inq̃3 regẽ cũ p̄ce ⁊ laudib⁹(vt ordinet nos in ſuo clariſſimo palatio). i.in celo inter ſctõs: vnde in euãgelio. In domo p̄ris mei mãſiones multe ſunt.

Ipſum canendo ſupplices
Regem precemur milites:
Vt in ſuo clariſſimo
Nos ordinet palatio.

Glia ſit p̄ri ſup̄mo).i.exceſſo(p ſecla).i.p ſcl'a.⁊ eſt ibi ſincopa.gl'ia dico (neſcia mẽtis) i.incõp̄heſibilis poſſibilitate hũana. vñ de⁹ regnabit i eternũ ⁊ vltra.⁊(honor ſit)ſc3 p̄ri cũ filio ⁊ ſp̄ũ paraclyto. Amen.

Per ſecla mentis neſcia
Patri ſupremo gloria:
Honorq3 ſit & filio
Spiritui paraclyto. Amen.

Carmen eſt dimetrũ iambicũ cacometrum. Canitur tp̄e paſchalis reſurrectionis. cõmemorat beneficia q̃ ex xp̄i paſſione atq3 reſurrectione accepimus.

Oẽs iſti hymni hñt vnã materiã ⁊ vnã intẽtionẽ:q2 de paſſione xp̄i ⁊ de reſurrectione tractãt. Oñdit eñ q̄ ſicut mortu⁹ eſt p̄pter delicta nr̃a:ſic ⁊ reſurrexit p̄pter iuſtitiã ⁊ iuſtificationẽ nr̃a3 ⁊ ꝯtulit nob vex paſcha.i.trãſitũ de terra ad celũ:de iferno ad paradiſu3. Itẽ rogat vt ſua reſurrectio ſit nr̃a redẽptio ⁊ i paſchali tp̄e vel gaudio.i.in die iudicũ defendat nos a p̄iculo mortis.i.a dãnatiõe. Vel materia hui⁹ hymni ẽ vt deũ dep̄cemur vt ſicut ille plaſmauit adã ⁊ accepit corp̄is ei⁹ formã:vt nos redimeret a p̄tãte diaboli ⁊ iũgeret nos deo p̄ri:ita liberet nos ab oi delicto i hoc paſchali gaudio. O(dñe eterne rex) q2 in omi tp̄e es rex regũ tu dico(creator oim rex) ⁊ q̃ ſemp es filius cũ p̄re(ante ſcl'a).i.ãte mũdi ꝯſtitutionem.

O Rex æternæ domine
Rerum creator omniũ:
Qui es & ante ſæcula
Semper cum patre filius.

Qui plaſmaſti)hoiem vel formaſti de nihilo(in p̄mordio).i.in p̄ncipio mũdi(cui).i. ade(dediſti vultũ ſimilẽ).i.mẽtẽ ſimilẽ p rõnẽ(tui imagini).i.tue forme. vñ.ſ.gene. Formauit de⁹ hoiem ad ſilitudinẽ ſuã.

Qui mundi in primordio
Adam plaſmaſti hominem:
Cui tuæ imagini
Vultum dediſti ſimilem.

Quẽ)adã.ſ.(diabol⁹ hoſtis).i.iſidiator (hũani generis)vel hoſtis q2 nos in adã decep̄at ideo(tu formã)ade dignat⁹ es aſſumere vt ſic nos redimeres.⁊ hoc ẽ cui⁹ ade dignatus es aſſumere corp̄is formam.

Quem diabolus deceperat
Hoſtis humani generis:
Cuius tu formam corporis
Aſſumere dignatus es.

Dico q̄ dignatus es formã ſerui accipe ad hoc(vt redimeres hoiem).ſ.ada3 ⁊ alios (quẽ)hoiem(ia3 ante plaſmaueras) ⁊ nos redimendo ꝯiũgeres deo(p̄ri p ꝯtuberniũ).i.p vnionẽ vel p habitaculũ vel p ꝯiũctionẽ(carnis) i.humanitatis.

Vt hominem redimeres
Quem ante iam plaſmaueras:
Et nos deo coniungeres
Per carnis contubernium.

Quẽ editũ).i.natũ(ex v̄gie)maria(ois aia).i.ois ſp̄us rõnalis(paueſcit).i.mirat̃ (p quẽ credim⁹ reſurgere nos)dũ veneris iudicare viuos ⁊ mortuos(deuota mente.

Quem editum ex uirgine
Paueſcit omnis anima:
Per quem & nos reſurgere
Deuota mente credimus.

C Qui nobis per baptiſmum
Donaſti indulgentiam:
Qui tenebamur uinculis
Ligati conſcientie.

C Qui crucem propter hominem
Suſcipere dignatus es:
Dediſti tuum ſanguinem
Noſtræ ſalutis precium.

C Quæſumus auctor omnium
In hoc paſchali gaudio:
Ab omni mortis impetu
Tuum defende populum.

O tu xp̄e (q̄ donaſti nob̄). i. oib⁹ credētib⁹ pie ⁊ q̄d (indulgētiā) originalis pc̄ti. i. remiſſionem (p̄ baptiſmū) q̄ tenebamur ligati vinculis ꝯſcientie.

Qui dignatus es ſuſcipere crucem). i. paſſionem crucis propter hominem: et (dediſti tuum ſanguinem precium noſtre ſalutis) quia cum ſanguine tuo emiſti nos ⁊ redemiſti.

Et q꞉ tot ⁊ tanta feciſti ꝙ nos a morte liberaſti: ideo (o auctor omnium rerum que ſumus). i. rogamus te (in hoc paſchali gaudio). i. tua reſurrectiōe (defende). i. ꝓtege) populum tuū) a morte eterna iam redemptum (ab om̄i mortis impetu). i. ab omni p̄iculo ne denuo in mortē corruamus.

C Carmen eſt dimetrū iambicū cacometrum. Canitur tp̄e paſchalis reſurrectionis. cōmemoratis iis q̄ in reſurrectione xp̄i contigerunt petit corda noſtra ab illo poſſideri.

A Vrora lucis rutilat
Cœlum laudibus intonat
Mūdus exultans iubilat
Gemens infernus ululat.

¶ Materia hui⁹ hymni eſt laudare deum ⁊ extirpare vitia ⁊ adherere v̄tutib⁹. Et nota ꝙ eccleſia dr̄ aurora ⁊ q꞉ aurora expellit tenebras: ita eccl'ia penit⁹ extirpat vitia ⁊ peccata. Aurora dicit q꞉ xp̄s reſurrexit: ⁊ celeſtes creature intonāt laudib⁹: ⁊ hoīes exultātes laudāt. ⁊ diabol⁹ vlulat ⁊ gemit. expone ergo ſic (aurora lucis rutilat). i. q̄n aurora pullulat ⁊ incipit dieſcere (celū). i. celeſtis creatura (intonat). i. reſonat (laudib⁹ mūd⁹ exultans iubilat). i. hoīes credētes in deū cantāt (⁊ infern⁹ gemēs). i. diabol⁹ vlulat. i. plangit q꞉ dolet de amiſſiōe eoꝝ: quos tenebat mortuos. ſ. adā ⁊ alios quos ſecū deus traxit ad celum. Eccl'ia dr̄ aurora.

Dico qd̄ celū tūc intonat laudib⁹ (cū rex ille fortiſſim⁹). i. xp̄s (ꝯculcās pede). i. poteſtate ſua (tartara). i. diabolū (ſoluit). i. liberauit (miſeros hoīes) a pena diaboli. et hoc (ꝯfractis viribus mortis). i. diaboli.

C Cum ille rex fortiſſimus
Mortis confractis uiribus:
Pede conculcans tartara
Soluit a pena miſeros.

C Ille qui clauſus lapide
Cuſtoditur ſub milite:
Triumphans pompa nobili
Victor ſurgit de funere.

Vere fractis viribus mortis. i. diaboli ſoluit a pena miſeros hoīes. q꞉ (ille clauſus lapide). i. monumēto (cuſtoditur). i. vigilat (ſub milite). i. ſub militib⁹: ſingulari ꝓ plurali p̄ ſynedochē (q̄ triūphās). i. veniēs (pōpa nobili). i. victoria: q꞉ tunc aīas ab inferis extraxit (ſurgit). i. ſe ſurſū erigit (de funere) ideſt de morte (victor). i. triūphator.

C Solutis iam gemitibus
Et inferni doloribus:
Quia ſurrexit dominus
Reſplendens clamat angelus.

Accipe de predicto verſu (xp̄s erat victor) ſolutis iam gemitibus ⁊ inferni doloribus (angelus reſplendens). i. valde nitens (clamat) dicens mulieribus. Ite dicite diſcipulis ei⁹ ⁊ petro q꞉ ſurrexit dn̄s.

C Triſtes erant apoſtoli
De nece ſui domini:
Quem pena mortis crudeli
Serui damnarant impii.

Ita dixerūt angeli mulieribus (quia apoſtoli erant triſtes de nece) ideſt de morte (ſui domini) quem dn̄m (ſerui impii). i. iudei (damnarant). i. damnauerant crudeli pena mortis.

Et quia apoſtoli erant triſtes de nece ſui dñi:ideo(angelus p̄dixit mulieribus blã-do ſermone dominus vidẽdus eſt in galilea) a vobis(quãtotius)ideſt ſubito.

Matthe. xxviij. Ille mulieres dũ pergũt (concite) ideſt ſollicite dicere hoc apoſtolis(videntes eũ viuere).i.chriſtum(oſculantur pedes domini) i.locum vbi perfoderant eum perfidi iudei.

Quo agnito).i.quo audito quia ſurrexit dñs(diſcipuli)ideſt apoſtoli(pergunt propere)ideſt feſtinanter(in galileam videre faciem domini deſideratam)ſcilicet ab eis.

Sol nitet).i.ſplẽdet(radio ſuo mũdo).ſ. paſchali gaudio claro(cũ).i.quãdo) apoſtoli)cernunt iam chriſtum viſu corporeo.

Quare oſtendit dñs cicatrices diſcipulis. Diximꝰ ꝙ tũc apparuit diſcipulis:ſꝫ q̃dã illoꝝ.ſ.thomas cũ abeſſet in apparitione narrãtibus aliꝭs nõ credidit.vnde dñs oſtendit ei ſua vulnera.⁊ ait. Noli eſſe incredulus ſed fidelis. Et nota ꝙ q̄ttuor de cauſis cicatrices vulnerũ oſtẽdit dñs ſcꝫ vt eſſet ſignũ victorie.vt deinceps de reſurrectiõe nõ dubitarẽt ⁊ nõ crederẽt eũ phantaſticũ corpus accepiſſe:aut vt eſſent ad patrẽ interceſſio.

Lu. xxiiij. Joan. xx. Cõſtructio(Oſtẽſa ſibi vulnera).i. oſtẽſis vulneribꝰ(ſibi).i.apoſtolis in fulgida carne xp̄i illi apoſtoli(fatẽtur) i.p̄dicãt(voce publica)ideſt manifeſta dominũ ſurrexiſſe.

O chriſte clemẽtiſſime rex tu poſſide) ideſt guberna(corda noſtra).i.mẽtes ſimul cum corporibus(vt reddamus).ideſt perſoluamus ad honorem tuum omni tẽpore.(laudes tibi debitas.

Sermone blando angelus
Predixit mulieribus:
In galilea dominus
Videndus eſt quãtotius.

Ille dum pergunt concite
Apoſtolis hoc dicere:
Videntes eum uiuere
Oſculantur pedes domini.

Quo agnito diſcipuli
In galileam propere:
Pergunt uidere faciem
Deſideratam domini.

Claro paſchali gaudio
Sol mundo nitet radio:
Cum chriſtum iam apoſtoli
Viſu cernunt corporeo.

Oſtenſa ſibi uulnera
In chriſti carne fulgida.
Reſurrexiſſe dominum
Voce fatentur publica.

Rex chriſte clementiſſime
Tu corda noſtra poſſide:
Vt tibi laudes debitas
Reddamus omni tempore.

Carmen eſt dimetrũ iambicum cacometrum. Canitur in tempore paſchalis reſurrectionis. Dicit ꝙ chriſtus eſt noſtrũ uerum paſcha: facitqꝫ memoriam paſſionis & reſurrectionis eius.

AD cenam agni prouidi
Et ſtolis albis candidi:
Poſt tranſitũ maris rubri
Chriſto canamus principi.

Materia huiꝰ hymni eſt ꝙ nos iuitat auctor ad cenã agni illiꝰ q̃ tollit pctã mũdi.ſ.ad accipiẽdũ corpus ⁊ ſanguinẽ dñi de quo dictũ eſt.qui ſumit corpꝰ xp̄i indigne:iudiciũ ſibi mãducat ⁊ bibit.q̃ vero digne:habet vitã eternã. Nos xp̄o poſiti (ad cenã agni ꝓuidi) i.ad accipiendũ corpus ⁊ ſanguinẽ dñi vel ad vltimũ p̄ceptũ xp̄i:qꝛ ſicut poſt cenã nullũ reſtat prãdiũ ita poſt nouũ teſtamẽtũ nullũ reſtat preceptũ.(Ad cenã agni ꝓuidi ⁊ agni cãdidi ſtolis albis).i.cũ virtutibus(canamus principi chriſto).i. laudemus eũ de reſurrectione poſt tranſitum maris rubri).i.poſt baptiſmum vel poſt gloꝛiam reſurrectionis.

Sanctiſſimum corpus cuius chriſti torridum).i.crematum quia paſſuꝫ (in ara crucis guſtando).i.ſuſcipiendo (eius roſeo cruore viuimus deo)ideſt diuine.

Cuius corpus ſanctiſſimum
In ara crucis torridum:
Cruore eius roſeo
Guſtando uiuimus deo.

¶ Protecti paſche ueſpere
A deuaſtante angelo:
Erepti de duriſſimo
Pharaonis imperio.

¶ Iam paſcha noſtrū chriſtus eſt
Qui immolatus agnus eſt:
Sinceritatis azima
Caro eius oblata eſt.

¶ O uere digna hoſtia
Per quam fracta ſunt tartara:
Redempta plebs captiuata
Redit ad uite premia.

¶ Cum ſurgit chriſtus tumulo
Victor redit de baratro:
Tyrannum trudens uinculo
Et reſerans paradyſum.

Dico ꝙ viuimꝰ deo ꝓtecti.i. defenſi vł ſeruati(veſꝑe paſche).i. vltima etate vel myſterio reſurrectionis xp̄i qđ nocte paſche factū eſt(ab angelo deuaſtāte).i. percutiēte primogenita egypti(erepti).i. liberati(de duriſſimo imperio pharaonis)ideſt diaboli.

Cōſtrue(xp̄s eſt iā nr̄m paſcha).i. trāſitus de vitijs ad virtutes(qui xp̄s eſt agnꝰ).i. patiēs(imolatus)pro oībus nobis vel ſic (q̄ꝛ xp̄s imolatus ꝓ nobis)eſt agnꝰ ſinceritatis i. puritatis(caro eiꝰ oblata).i. ſacrificata(eſt azima).i. ſine fermēto vł ſine amaritudīe. Azima dr̄ ab a qđ eſt ſine ⁊ zima qđ eſt fermentū vł amarū. ide azima q̄ſi ſine amaritudīe. Azima vnde.

O vere digna hoſtia).i. ſacra (ꝑ quā).ſ. hoſtiā(tartara ſunt fracta)⁊ ꝑ quā(plebs captiuata).i. aīe ſanctorū in inferno detēte: ſūt redempte(⁊ per quā p̄mia vite)eterne ſunt reddita(plebs)dico captiuata redit).i. reuertitur(ad p̄mia vite ſupple eterne.

Cum).i. qn̄ (xp̄s ſurgit tumulo).i. de ſepulchro(victor redit de baratro).i. de fouea inferni(trudēs).i. claudēs (tyrannū).i. diabolū (vinculo).i. cum poteſtate ſua ligans eū(⁊ reſerans paradyſum) fidelibus tuis: quia tua miſericordia hoc feciſti. ideo rogamus te.

¶ Carmen eſt quale illud primo dierū. Canitur in re diuina aſcēſionis dominice. commemorata chriſti aſcenſione & regno illi a patre tradito: petit illius beneficium in die iudicii.

Eterne rex altiſſime
Redemptor & fidelium
Quo mors ſoluta depit
Datur triumphus gratie.

¶ Scandens tribunal dextere
Patris poteſtas omnium:
Collata ieſu celitus
Que non erat humanitus.

O eterne rex altiſſime ⁊ redēptor fidelīū quo).i. ꝑ quē mors(ſoluta deperit)deſtructa extitit vel perījt vel (mors) ideſt deſcēſus ad inferna quia ſancti illuc modo nō deſcendunt. vt ante paſſionē chriſti.(triūphus).i. victoria gratie datur iā glorificatis in anima ⁊ corpore glorificandis in reſurrectione.

Tu ſcādēs).i. aſcendens(tribunal).i. ſedē(dextere patris).i. ad equalitatē p̄ris(poteſtas oīm)rerū(eſt collata).i. attributa ieſu ſ. chriſto ⁊ hoc(celitus).i. diuinitus poſſumꝰ dicere ꝙ ſolus eſt ad dexteram patris. Ceteri ordines ſanctorū ad ſiniſtram reſpectu claritatis filij(q̄ poteſtas nō erat)ei(collata humanitus).i. ꝙ diu vel quādo erat in mundo.

¶ Vt trina rerum machina
Celeſtium terreſtrium:
Et infernorum condita
Flectant genu iam ſubdita.

¶ Tremunt uidentes angeli
Vice uerſa mortalium:

Dico ꝙ poteſtas datur diuinitus chriſto que non erat humanitus. vt trina rerum machina).ſ. celeſtium terreſtrium ⁊ infernorum condita a te(flectant genu iam ſubdita)ideſt flectentes genua celeſtes terreni ⁊ infernales ſūt ſubdita(ideſt humiliata tibi ad honorem tui.

Angeli vidētes)humanā formā vel naturā(tremūt).i. mirātur.ſ. q̄ꝛ videbāt humanam naturā ꝑ ipſum xp̄m ad dexteram pa=

Ante xp̄i natiuitatem angeli adorabantur. lege apoca. xxij.

tris collocatam ꝛ exaltatā. ꝛ hoc (vice verſa mortaliū) tremebant ꝛ mirabant. ¶ Et nota qđ ante natiuitatem xp̄i angeli ab hoīb⁹ ſe adorari patiebant. ſed nō poſtea ſicut legimus de Joāne: qui cū vellet angelū adorare: inquit angelus ioanni. Noli me adorare: ſeruus tuus enim ſum ꝛ fratrum tuorū. (Caro) ade (culpat nos) ideſt per adam in peccatū cadimus (caro xp̄i purgat nos) ideſt per chriſtū de vitijs ad virtutes ſurgimus (caro) dei. ꝛ deus (regnat) qꝛ chriſtus deus eſt ꝛ homo.

Culpat caro. purgat caro.
Regnat deus dei caro.

O chriſte tu eſto noſtrū gaudium manens p̄ditū). i. nobis paratū honoratum vel ſublimatū (olympo). i. in celo (tu qui regis) i. gubernas (fabricam) mundi (vincens mundana gaudia) ideſt a mortuus ſuperexcellit omnes delectationes mundi.

¶ Tu eſto noſtrum gaudium
Manens olimpo preditum:
Mundi regis qui fabricam
Mundana uincens gaudia.

Quaſi diceret ſupexcellit gaudia mundi ꝛ (hinc nos p̄cantes q̄s). i. dep̄camur te (ignoſce criminib⁹). i. dimitte nobis pctā nr̄a (ꝛ ſubleua). i. ſurſum leua (corda ad te ſuperna gratia) ideſt pro ſumma miſericordia.

¶ Hinc te precantes queſumus
Ignoſce tu criminibus:
Et corda ſurſum ſubleua
Ad te ſuperna gratia.

Nos q̄s te (vt cū). i. qñ cepis (clarere). i. fulgere (repēte). i. feſtināter (nube iudicis). i. xp̄i (rubēte). i. clareſcēte. i. teipſo iudice aduenīete: a nobis (repellas penas debitas) ꝑ adā (ꝛ reddas). i. tribuas per gratiā (coronas ꝑditas) ꝛ culpā inuētā ꝛ collatā ſcđm merituꝫ ꝑ gratiā. qꝛ nō neceſſitate cogēte: ſed volūtate ꝛ gratis a morte liberauit ꝛ ſaluauit nos.

¶ Vt cum rubente ceperis
Clarere nube iudicis:
Penas repellas debitas
Reddas coronas perditas.

O dñe) ieſu xp̄e (qui ſcādis ſupra ſydera). i. ſuper oēs celos (gloria). i. laus ꝛ honor (ſit tibi cum patre ꝛ ſancto ſpiritu in ſempiterna ſecula amen) ideſt ſine fine.

¶ Gloria tibi domine
Qui ſcandis ſupra ſydera:
Cum patre & ſancto ſpiritu
In ſempiterna ſecula. Amen.

¶ Carmē eſt dimetrū iābicū cacometrū. Canitur in feſto aſcēſiōis dñice. Agit xp̄o grās q̄ pro nobis paſſus mortē nos a morte liberauit.

O ieſu nr̄a redēptio) tu dico (amor ꝛ deſideriū) noſtrū. i. amor deſiderabilis (de⁹ creator oīm) qui es (in fine tēporū) factus (homo) vnde deus ꝛ homo ꝛ hoc in vltima etate.

IEſu noſtra redemptio
Amor & deſiderium
Deus creator omnium
Homo in fine temporum:

Que). i. q̄nta (clemētia). i. pietas (vicit) i. cōpulit te. (vt ferres). i. portares vel deleres (nr̄a crimina). i. pctā (patiēs crudelē mortē) crucis pro pctīs nr̄is. ꝛ quare vt (tolleres). i. liberares (nos a morte) ideſt a diabolo.

¶ Que te uicit clementia
Vt ferres noſtra crimina:
Crudelem mortem patiens
Vt nos a morte tolleres.

Tu penetrans) ideſt frangens (clauſtra inferni) redimens ſanguine tuo (captiuos) q̄ tenebantur iuſte in inferno (reſidens ad dexteram patris) manes (victor triūpho nobili) ideſt mirabili victoria.

¶ Inferni clauſtra penetrans
Tuos captiuos redimens:
Victor triumpho nobili
Ad dextram patris reſidens.

Ipſa pietas (q̄ cogit te) vt ſubires mortem crucis (cogat) ideſt impellat te (vt ſuperes noſtra mala) ideſt dimittas nobis debita noſtra (ꝛ ſaties) ideſt impleas ꝛ frui facias (nos cōpotes noſtri voti) ideſt deſiderij (tuo vultu) ideſt tua preſentia.

¶ Ipſa te cogat pietas
Vt mala noſtra ſuperes:
Parcendo & uoti compotes
Nos tuo uultu ſaties.

¶ Tu eſto noſtrum gaudium
Qui es futurus premium:
Sit in te noſtra gloria
Per cuncta ſemper ſecula. Amen.

❧ Et tu qui es futurum noſtrum premium eſto noſtrum gaudium) ideſt in preſenti ⁊ in futuro (⁊ noſtra gloria) ideſt laus (ſit in te ſemper) ideſt in omni tempore (per cuncta ſecula. Amen.

¶ Carmē eſt q̄le ſuperius. Canitur in feſto aſcēſiōis dn̄i ad laudes. deſcribit̄ chriſti aſcēſio in celo & petit illius bn̄ficiū in die iudicii.

HYmnū canamus glorie
Hymni noui nūc pſonēt
Chriſt⁹ nouo cū tramite
Ad patris aſcendit thronum.

Additus cū glo.

Materia preſentis hymni eſt deſcribere glorioſam xp̄i aſcēſionē: ⁊ regnū celorū ſibi traditū a patre. ꝓpter q̄ eccleſia inuitat nos ad noua cantica perſoluenda deo. dicēs (canamus hymnum glorie ⁊ hymni noui). i. noue laudes (perſonent) ſcilicet nunc (cum chriſtus aſcendit ad thronum patris) ideſt ad celum ⁊ hoc (nouo tramite) ideſt admirando. quia mirabantur angeli humanam naturam per ipſum chriſtū ad dexteram patris aſcendentem.

¶ Tranſit triumpho nobili
Poli potenter culmina:
Qui morte mortem aſſumpſerat
Deriſus a mortalibus.

❧ Incipit diſcurſus aſcēſiōis ſic (xp̄s trāſit potēter). i. cū magna maieſtate ⁊ poteſtate (culmina). i. altitudinē (poli). i. celi et hoc (nobili triūpho). i. inaudita victoria (qui deriſus a mortalib⁹ aſſumpſerat). i. deſtruxerat mortē. ſ. noſtrā morte ſcilicet ſua.

¶ Apoſtoli tunc myſtico
In monte ſtantes chriſmatis:
Cum matre clara uirgine
Ieſu uidebant gloriā.

❧ Tūc. ſ. cum chriſtus tranſibat culmina poli: apoſtoli ſtantes in monte myſtico chriſmatis quia ibi confirmati fuerūt in fide (cū matre virgine clara) ideſt cū maria immaculata dei genitrice (videbant gloriam ieſu aſcendentis in celum.

¶ Hoc proſecuti lumine
Leto potenter ſydera:
Letis per auras cordibus
Duxere regem ſeculi.

❧ Et cum apoſtoli cū maria virgine (proſecuti ſcilicet eſſent). i. reſpicerēt hoc. i. gloriā ieſu aſcendentis in celum (leto lumine) ideſt letis oculis (ſydera). i. oēs ciues ſyderei. i. celeſtis curie (duxere). i. ꝑduxere (cordib⁹ letis regem ſeculi) ideſt chriſtum ⁊ hoc ꝑ auras). i. per celis tractus.

¶ Quos alloquentes angeli
Quid aſtra ſtantes cernitis
Saluator hic eſt inquiunt
Ieſus triumpho nobili.

❧ Quos ſcilicet diſcipulos cum matre ieſu (angeli alloquentes). i. ad eos loquentes (inquiunt quid vos ſtantes). ſ. arrectis in celum luminibus (cernitis aſtra hic). ſ. q꞉ aſcēdit triumpho nobili eſt ſaluator ieſus.

¶ A uobis ad celeſtia
Qui regnans nunc aſſumptus eſt
Venturus inde ſeculi
In fine iudex omnium.

❧ Dico quod hic eſt ſaluator ieſus (qui regnans aſſumptus eſt a vobis). i. a veſtro aſpectu ad celeſtia). ſ. regna ⁊ venturus. ſ. eſt inde). i. a celo in fine ſeculi (iudex omniū) ſcilicet viuorum ⁊ mortuorum.

¶ Quo nos precamur tempore
Ieſu redemptor unice:
Inter tuos in ethera
Seruos benignus aggrega.

❧ Ecce hic petitur beneficiū a deo in die iudicij. ordina ſic. (quo tempore). i. in quo tēpore iudicij (o ieſu vnice redemptor p̄camur) ideſt rogamus te (aggrega) ideſt aduna vel coniunge tu benignus nos (in ethera) ideſt ſuper celum (inter tuos ſeruos) ideſt inter ciues celicos.

Da nobis)proſequitur ideſt concedas nobis(tendere)ideſt ire(deuotione ſedula).i. feſtina illuc.i.deſt ad eum locum(quo) ideſt i quo(credimus te ſedere cuꝫ patre in arce regni)ſcilicet celeſtis.

¶ Da nobis illuc ſedula
Deuotione tendere:
Quo te ſedere cum patre
In arce regni credimus.

O domine gloria ſit tibi qui ſcandis) i. aſcendis(ſupra ſydera) ideſt ſuper celos vbi regnas cum patre ꝛ cū ſpiritu ſancto in ſempiterna ſecula(amen)ideſt ita fiat.

¶ Gloria tibi domine
Qui ſcandis ſupra ſydera:
Cum patre ſancto ſpiritu
In ſempiterna ſecula. Amen.

¶ Carmen eſt quale illud primo dierum. Canitur in feſto penthecoſtes hoc eſt quinquageſime. Spiritum ſanctum implorans: petit ut illius amore nos inflammet & in dei gratia confirmet.

Materia huius hymni eſt ſpūs ſanct9 quē pater ꝓmiſerat qn̄ dixit ioheli. Effundā de ſpū meo ſup oēm carnē. Filius ꝓmiſit qn̄ dixit. Si aſſumptus fuero in celū mittam vobis paraclitū: ꝛ apl̄is ſimul orātibus in hora.iij.mūdus tonuit. ꝛ ſubito venit ſpūs ſanctus ꝛ apoſtoli inflāmati ſpū ſancto: diuerſis loqbātur linguis magnalia dei. Intētio eſt rogare deū vt purget pectora noſtra superno ſplēdore ꝛ illuminet gratia ſpiritus ſancti: vt expellat a nobis viſibiles ꝛ inuiſibiles hoſtes vt habeamus vitā permanētē cū ipſo. O(creator)ſancte ſpiritus dei (veni ꝛ viſita mentes tuorum(fidelium ꝛ veniendo(imple pectora ſuperna gratia que tu creaſti)ideſt feciſti.

Johel.ij.

Veni creator ſpiritus:
Mentes tuorum uiſita
Imple ſuperna gratia
Que tu creaſti pectora.

Qui paraclitus.i.cōſolator(diceris donū dei altiſſimi) ꝛ diceris fons viuus. de quo nō cōmunicatur alienis. vel fons viuus aque ſaliētis in vitā eternā ꝛ diceris(ignis) q2 corda hoim ad dilectionē dei ꝛ proximi accēdis ꝛ vitia.i.peccata conſumis. ꝛ diceris(charitas)quia facis diligere deum ꝛ proximum. ꝛ diceris(ſpiritalis vnctio) quia de ſpiritali vnctione ideſt de ſpiritu ſancto vngis corda hominum vt humilientur in baptiſmo.

¶ Qui paraclitus diceris
Donum dei altiſſimi:
Fons uiuus: ignis charitas
Et ſpiritalis unctio.

Tu es ſeptiformis munere) ideſt donis (gratie) ideſt ꝓpter ſeptiformem gratiam. Septem enim ſunt dona ſpiritus ſancti. ſpiritu ſapientie ꝛ intellectus: ſpiritus conſilij et fortitudinis ſpiritus ſcientie ꝛ pietatis ꝛ amoris(tu)es(digitus) ideſt potentia (dextre dei) q2 ſicut nodi digitorum varij ſunt. ita varia ſunt dona ſpūs ſcti. ꝛ (tu) es (promiſſum patris) ꝛ ditans: ideſt faciens diuites guttura vel pectora(ſermone rite)ideſt recte vel tu es (ditans guttura promiſſum)ideſt promiſſio.

Septem dona ſpiritꝰ ſancti

¶ Tu ſeptiformis gratie
Dextre dei tu digitus:
Tu rite promiſſum patris
Sermone ditans guttura.

Et tu qui oparis oia(accende lumē ſenſibꝰ).i.mētibus nr̄is: ꝛ infunde cordibꝰ nr̄is (amorē).i.dilectionē dei(firmans infirma) i. debilia(noſtri corpis ꝑpeti).i.perēniter vel ꝑpetuo(v̇tute).i.mirabiliter cū virtute perpetua ꝛ ſemꝑ nos firmans).i.protegens.

¶ Accende lumen ſenſibus
Infunde amorem cordibus:
Infirma noſtri corporis
Virtute firmans perpetim.

Repellas hoſtem longius) ideſt remoueas eum procul(ꝙ)pro ꝛ(dones pacem protinus)ideſt cito (vitemus omne noxium).i. peccatum(ſic te preuio).ſ.ductore.

¶ Hoſtem repellas longius
Pacemq; dones protinus.
Ductore ſic te preuio
Vitemus omne noxium.

Per te ſciamũs da patrem
Noſcamus atqꝫ filium:
Te utriuſqꝫ ſpiritum
Credamus omni tempore.

❧ Da (o ſancte ſpiritus. vt per te ſciamus patrem atqꝫ noſcamus filium) ⁊ (credamꝰ te vtriuſqꝫ ſpiritum) ideſt procedentem a patre ⁊ filio (omni tempore.

Carmen eſt quale illud primo dierũ. Canitur in feſto penthecoſtes quo ſpiritus ſanctus miſſus eſt ad diſcipulos chriſti. narratqꝫ que in eius miſſione facta ſunt.

IAm chriſtus aſtra aſcenderat
Regreſſus unde uenerat:
Promiſſa patris munera
Sanctum daturus ſpiritum.

❧ Materia huiꝰ hymni eſt eadē q̄ ⁊ in ꝑmiſſo. Sp̄s.i.cõſolator. vel aduocatus. dicitur cõſolator: qꝛ nos cū ſumꝰ in pc̄tis trahendo nos ad celeſtē patriā ipſe ſp̄us ſc̄tus cum ſplēdore feruēti apparuit diſcipulis ſuis. Et qꝛ ſermo igneꝰ futurus erat ideo in ignea ligua eis apparuit: qꝛ fecit eos ardētes in dilectiõe dei ⁊ ꝓximi ⁊ perito ſermone affluentes. Cõſtrue (xp̄s aſcēderat iā) ſecūdū humanitatē (aſtra).i.celos (xp̄s) dico (egreſſus).i. reuerſus vnde venerat daturus apoſtolis munera (ꝓmiſſa patris).i. ſpiritum ſanctum.

Solemnis urgebat dies
Quo myſtico ſeptemplici:
Orbis uolutus ſepties
Signat beata tempora.

❧ Solēnis).i.feſtiualis (dies vrgebat).i.feſtinabat vel iminebat ſepties ſeptē q̄ ſunt.xlix.⁊ vno addito vel ꝑ ſeptē itelligimꝰ tꝑalia i.corꝑalia qꝛ ꝑ ſeptē totū tēpꝰ vite nr̄e voluitur in quo debemꝰ liberari a pc̄tis vt perueniamꝰ ad illā beatitudinē q̄ intelligitur per xl.dies in q̄bus ieiunare debemꝰ. vt ꝑuenire poſſimus ad diē ſabbati.i.ad requiē (quo die myſtico) ideſt figuratiuo (ſeptemplici).i.per figuram ſeptēplicē (orbis) ideſt ſeptima (voluptus ſepties).i.per.xl.⁊.ix.dies (ſignat beata tempora).ſ.futura.i.eternam requiem.

Dum hora cunctis tertia
Repente mundus intonat:
Orantibus apoſtolis
Deum ueniſſe nunciat.

❧ Et qꝛ xp̄s aſcēderat (dū hora tertia) videbat̄ eſſe (cūctis) oībus ap̄lis (mūdus intonat repēte).i.ſubito: ⁊ ille ſonus vel mundus (nūciat deū veniſſe orātibꝰ ap̄lis).i.ſimul in vnū locū cõgregatis ⁊ orātibus ⁊ expectātibus ꝓmiſſionē dn̄i ſui.ſ.xp̄i cū ipſe de illa ꝓmiſſione eis ante aſcenſionē locutus fuiſſet dicēs. vado ⁊ venio ad vos ⁊ mittā vobis paraclitū.i.conſolatorē qui docebit vos omnē veritatē. ⁊ ita facti perfectiores in omni ſcientia erant quia diuerſa genera linguarū loquebantur ⁊ predicabant magnalia dei.

De patris ergo lumine
Decorus ignis almus eſt:
Qui fida chriſti pectora
Calore uerbi compleuit.

❧ Et quoniam quidem pater miſit ſpiritum ergo (ignis) ideſt ſpiritus (decorꝰ).i. pulcher (eſt almus de lumine patris) qui ſpiritꝰ (cõpleuit) vt haberent ſciētiā loquēdi pectora apoſtolorum vel hominum (fida).i. fidelia chriſti ⁊ hoc calore.i.ardore (verbi).i.filij.

Impleta gaudent uiſcera
Afflata ſancto ſpiritu:
Voces diuerſas intonant
Fantur dei magnalia.

❧ Viſcera apoſtolorum impleta. i.ſaciata gaudent) qꝛ fecit eos loquentes ⁊ etiā ardentes in amore ⁊ (afflata).i.inflammata ſpiritu ſancto (intonāt diuerſas voces) ideſt loquuntur idiomata omnium linguarum. et Actuū.ij.
(fatentur vel fantur magnalia dei).i.mirabilia dei.i.predicant nomen chriſti.

Ex omni gente cogniti
Grecis latinis barbaris:
Cunctiſqꝫ admirantibus
Linguis loquuntur omnibus.

❧ Ex omni gente).i.ex omnibus gētibus (cogniti) ſunt apoſtoli.ſ.a grecis latinis barbaris (cunctiſqꝫ admirantibus) apoſtoli loquuntur linguis omnibus que ſunt.lxxij.

Cum apoſtoli ita loquebantur oēs admirabātur ſic loquentes: credentes deum in eis eſſe ſed iudea increpat eos. i. plebs iudeorum (incredula). i. infidelis illa dico (veſana) i. inſana (toruo ſpiritu) ideſt ſuperbo (concrepat alūnos). i. diſcipulos chriſti (ructare crapula muſti). i. affirmat eos vino inebriari.

Eſtimabāt iudei ꝙ ꝑ nimio potu muſti i. ꝑ ebrietatē aplī taliter loqbant (ſed petrus occurrit ſignis). i. miraculis (ꝛ v̄tutib⁹ docet) i. ꝓbat ꝑfidos iudeos (profari). i. loqui (falſa iohelis) ꝓphete (teſtimonio) ꝓphetauit eni

Iohel. ij. iohel ſic. Effundā de ſpiritu meo ſuper oēm carnem ꝛ prophetabunt filij veſtri ꝛ filie.

Laus ſit patri cum filio ſimul et ſancto paraclito). i. ſpiritu ſancto. ꝛ (mittat nobis) omnibus fidelibus (chariſma). i. donum ſancti ſpiritus. vel gratiam ſpiritus ſancti.

ℭ Iudea tunc incredula
Veſana toruo ſpiritu:
Ructare muſti crapula
Alumnos chriſti concrepat.

ℭ Sed ſignis & uirtutibus
Occurrit & docet petrus:
Falſa profari perfidos
Iohelis teſtimonio.

ℭ Sit laus patri cum filio
Sancto ſimul paraclito:
Nobiſqꝫ mittat filius
Chariſma ſancti ſpiritus.

Carmen eſt quale illud primo dierum. Canitur in feſto penthecoſtes ſicut & ſuperiores hymni narrat quid ex hac miſſione conſolatoris ſpiritus euenerit petitqꝫ illius dona nobis infundi.

Lapides. i. ſancti martyres (expolliti). i. aptati ad edificandum (tunſionibus). i. percuſſionibus ꝛ afflicti (preſſuris). i. tribulationibus. Sicut enim lapides in muro ſunt edificati. ita anime ſanctorum ſunt ordinate in paradyſo (qꝫ) pro ꝛ (aptantur). i. ordinantur vel diſponuntur (ſuis locis per manus artificis). i. per manus filiј dei. lapides dico (permanſuri ſacris edificiјs). i. celeſtibꝰ edificiјs.

Sicut lapides ī muro ita anime ſctõrũ ordinate ſunt ī gloria.

Porte nitent margaritis
Aditis patentibus
Et uirtute meritorum
Illuc introducitur
Omnis qui ob chriſti nomen
In hoc mundo premitur.

Porte). ſ. illius templi (nitent). i. reſplẽdent (margaritis). i. virtutibus (aditis). i. liminibus vel introitu (patentibus) ideſt apertis (omnis). ſ. chriſtianus (qui ob chriſti nomen premitur) ideſt cruciatur (in hoc mũdo) i. in hoc ſeculo (introducitur illuc). i. celeſtem hieruſalem (virtute meritorum) ideſt bonorum operum ſuorum.

Adyta et vnde. Vergiliꝰ.

Additio. Adyta ſunt ſecretiora templi loca q̃ adire non licet niſi ſummo pontifici. Vergi. iј. ene. iſqꝫ adytis hec triſtia dicta reportat. hoc ſeruius ibidem ſentit ꝛ dicitur ab. a. grece quod eſt ſine ꝛ dys qđ eſt ingredior quaſi in acceſſibile. templorũ ergo penetralia dicuntur adyta ſicut ianua value. inde eſt diminutiuum adyticulum.

Angularis fundamentum
Lapis chriſtus miſſus eſt
Qui compage parietis
In utroqꝫ nectitur
Quem ſancta ſyon ſuſcepit
In quo credens permanet.

Chriſtꝰ dr̃ lapis angularis: qꝛ a iudeis fuit reprobatꝰ. vñ dauid. Lapidẽ quẽ reꝓbauerũt edificãtes. ꝛc. Tñ duos pp̃los in vnuꝫ cõiũxit. ſ. iudaicũ ꝛ gẽtilẽ. q̃ xp̃s filiꝰ perduxit eos ad eternã beatitudinẽ ſummi regis. i. dei pr̃is (fundamẽtũ) totiꝰ eccleſie (miſſus ẽ a patre) vel eſt factꝰ (lapis angularis) q̃ lapis (nectiṫ). i. cõiungiṫ (cõpage). i. cõiũctiõe (parietis in vtroqꝫ). i. in duobꝰ pp̃lis. ſ. in iudaico ꝛ gẽtili (quẽ ſcꝫ xp̃m ſyõ ſuſcepit ſctã) ſyõ interpretaṫ eccleſia vel ſpeculatio (in quo). ſ. xp̃o vel eccleſia (credẽs). i. xp̃ianus qui credit (ꝑmanet). i. firmiter ſtat. ſ. i fide ſancte eccleſie.

Syon.

Omnis illa deo ſacra
Et dilecta ciuitas:
Plena modulis in laude
Et canoro iubilo
Trinum deum unum quoqꝫ
Cum fauore predicat.

Oĩs illa ciuitas). i. eccl̃ia militãs (deo) i. ad honorẽ dei eſt (ſacra). i. ſacrata (ꝛ dilecta). i. amata a deo (plena modulis). i. cantilenis angelorum (in laudem dei ꝛ canoro). i. cãtu (vel canore iubilo). i. dulci exultatione. Jubilus eſt gaudium illud quod eſt interiꝰ in homine quod omnino non poteſt proferri. nec omnino tacetur ſcilicet pre animi exultatione. et ſacra eccleſia predicat (trinum deum) ſcilicet in perſonis (quoqꝫ) pro ꝛ vnum in ſubſtantia vel eſſentia (cum fauore) ideſt cum prece.

¶ Hoc in templo ſumme deus
Exortatus adueni:
Et clementi bonitate
Precum uota ſuſcipe
Largam benedictionem
Hic infunde iugiter.

O ſumme deus exoratus.ſ.a nobis.i.tu deprecatus (adueni) per gratiam (in tēplo) i. in iſta eccleſia (⁊ ſuſcipe vota).i.ꝑces vel orationes deuotas (precantiū).i.rogantiū (clemēti bonitate) ideſt tua pietate (infunde) i. immitte (iugiter) ideſt perenniter vel aſſidue (largam benedictionem.

Hic.ſcilicet in ſacra eccleſia. vel hic.i.in iſto loco congregatio omnium fidelium vel omnes fideles (promereantur).ideſt mereantur (acquirere) ideſt adipiſci ⁊ obtinere (petita) ideſt iuſtas ⁊ ſanctas ſuas petitiones (et mereantur poſſidere) ideſt retinere (perenniter) ideſt perpetuo (adepta).i. precibus ſuis acquiſita et mereantur (introire) ideſt ingredi (paradyſum) ideſt celum (cum ſanctis iuſtis.fideles dico tranſlati in requiem.i.gaudium ſempiternum.

¶ Hic promereantur omnes
Petita acquirere
Et adepta poſſidere
Cum ſanctis perenniter
Paradyſum introire
Tranſlati in requiem.

¶ Carmen eſt ſaphicū endecaſyllabū mixtū adonico quale eſt illud nocte ſurgētes. Canitur ad horas nocturnas in feſto dedicationis alme eccleſie Hyſpalenſis. Intendit auctor rogare deum ut cōſeruet nos intra hoc templum eius honorem celebrantes.

CHriſte cūctorum dominator alme
Pr̄is eterni genitꝰ ab ore
Supplicum uota pariterq̄ hymnū
Cerne benignus.

Materia glorioſiſſimi hymni p̄ſentis eſt agere de dedicatione tēpli Hyſpalēſis eccleſie ⁊ laudare deū:a quo petit eccleſia in ꝑſona totius populi chriſtiani.vt velit infundere ſuam benedictionē ⁊ gratiā intra tēplū hoc.vt quicūq̄ beneficia petiturus īgreſſus fuerit:ſe impetraſſe letetur. Narrat etiā que commoda nobis proueniant ex hoc templo dicens.ꝙ hic ſumitur ſacroſanctū corpus chriſti ⁊ hauſtū ſui p̄cioſiſſimi ſanguinis.⁊ ꝙ ſacroſancti latices veternas abluūt culpas.⁊ complura alia que indicabit littere p̄ſentis diſcurſus.inquit ergo.(O chriſte alme dn̄ator cunctorū).ſ.hominū vel cunctarū rerū dn̄s q̄ creator (genitus ab ore).i.a mente patris eterni) vnde Claudianus in ruffinum. Vox ſummi ſenſuſq̄ dei quē fudit ab alta mēte pater tātiq̄ dedit cōſortia regni (tu benignus).i.qui benignus ⁊ pius es (cerne).i.inſpice miſericordes oculos tue pietatis ad nos cōuertendo (vota) q̄ pro ⁊ (hymnū).i.laudem cū cantico (ſupplicum).i.humilium ſeruorum fidelium. ¶ Non inficias eo candide lector in hoc hymno ⁊ in ſequentibus quaſdā ſyllabas breues pro longis inueniri.quas ſcienter pretermiſimus ne contra vſum eccleſie ageremus. quādoquidē ſacris parcendum eſt.quoſdam etiam ex precedentibus ſine carminis qualitate pretermiſimus:quia ſunt eiuſdem qualitatis cum prepoſitis ſibi coniunctis.

Claudianus.

¶ Cerne quo puro deus i honore
Plebs tua ſupplex reſonet in aula
Annua cuius redeunt colenda
Tempore feſta.

Cerne dico o deus.i.tuo nos fauore ꝓſequere (quo) pro vt (plebs tua ſupplex).i. humilis (reſonet) ideſt modulatum canticū reddat vel repreſentet. Vergi. reſonat plangoribus ether.i.repreſentat plā. (in honore puro).i.tibi debito ⁊ hoc (in aula tua) ideſt in tēplo tuo (cuius feſta annua).i.q̄ ſingulis ānis ſolēt fieri (redeūt).i.aduenlūt (colēda).i.celebrāda tpe.ſ.iſto.i.hodierne feſtiuitatis die.

Vergilius.

¶ Hec domus rite tibi dedicata
Noſcitur in qua populus ſacratū

Hec domꝰ.).i.hec ecclia ſiue tēplū (noſcitur).i.cognoſcit (dedicata tibi).i.ꝯſecrata (rite i.recte (in q̄ po.) ſ.xp̄ianus (aſſumit corpꝰ tu

um ſacratū) ⁊ bibit (hauſtū).i. poculū (beati ſanguinis tui) hoc.n. pro memoria ſue paſſionis ⁊ animarum remedio fieri precepit dicēs Joan.vj. niſi manducaueritis carnem.⁊c.

Corpus aſſumit: bibit & beati
Sanguinis hauſtum.

Latex. Proſequit explicās beneficia (ſacroſancti latices).i. ſacrate aq̄ baptiſmi latex. oīs liquor pōt dici latex. ⁊ eſt aqua ſubterranea latens in venis terre. Lucanus.iiij. occultos latices obſtruſaq̄ flumina querūt. latex etiam dicitur vinum a latendo quia latet in vaſis ſiue in vite. Vergi. laticem q̄ lieum.⁊c. (diluūt) i. abluunt (hic) ideſt in hoc templo (culpas veternas).i. peccatum vetus originale tractū ex ſemine ade. q̄.i. ⁊ (perimunt).i. extingunt (noxas).i. culpas (vt nouum genus chriſticolarū creetur).i. ex aqua baptiſmi regeneretur (chriſmate).i. vnctione (vero). ideſt noue gratie.e. in chriſmate vitioſe corripitur.

Lucanus. Vergili⁹. Chriſma interp̄tatur vnctio.

Hic ſacro ſcti latices ueternas
Diluūt culpas: perimūtq̄ noxas
Chriſmate uero genus ut creetur
Chriſticolarum.

Proſequitur dicens q̄d etiam in hoc tēplo (fertur) hoc eſt dat (medicina) hoc eſt remediū corporis ⁊ anime (feſſis) hoc eſt lāguidis ⁊ infirmis ⁊ in fide xp̄i vacillantib⁹. ⁊ etiam datur (lumē orbatis).i. cecis ⁊ obſtinatis in pctō. ⁊ etiā (fertur venia noſtris offenſis) i. noſtris culpis ⁊ (omnis timor atq̄ meror pellitur).i. repellitur in hoc templo.

Hic ſalus egris: medicina feſſis
Lumen orbatis ueniaq̄ noſtris
Fertur offenſis: timor atq̄ meror
Pellitur omnis.

Bene datur hic ſalus ⁊ medicina feſſis quia etiam (perit hic).i. deficit (ſeua rapina demonum).i. diabolorum. nam aduerſarius noſter diabolus tanq̄ leo rugiens circuit q̄rens quem deuoret (⁊ monſtrum peruicax) ideſt diabolus proteruus obſtinatus ⁊ importunus (pauet hic) ideſt timet (⁊ retentat) ideſt retro fugit (⁊ linquens corpora).ſ. hominum obſeſſorum vel peccatorum quia per confeſſionem que fit in hoc templo expellitur diabolus a corpore ſubdito peccatis (fugit ocius).i. citius (in vmbras) ideſt tenebras (remotas).i. ſeparatas ⁊ infernales.

Demonū ſeua: perit hic rapina
Peruicax mōſtrū pauet & retētat
Corpora linquēs: fugit i remotas
Ocius umbras.

Et quia tot tantaq̄ beneficia ex hoc tēplo nobis proueniunt (gloria reſonet).i. laudet (parentē ſummum).i. deum patrem omnipotentem. ⁊ (natum) ideſt filium eiuſq̄ ꝓ ⁊ nos omnes (pariter modulemus).i. canamus (ſpiritum ſanctū) dulci hymno (per omne euum) ideſt per omne ſeculum. Amen.

Gloria ſummū reſonet parētē
Gloria natum: pariterq̄ ſanctum
Spiritū dulci: modulem⁹ hymno
Omne per euum.

Carmen eſt quale ſuperius in qualitate & materia. Caniturq̄ in dedicatione eiuſdem eccleſie ad laudes matutinas.

Materia preſentis hymni eſt eadem cum ſuperiori. ſcilicet agere de dedicatione eccleſie ⁊ de laudibus huius preſtantiſſimi templi. ſimiliter diuinum auxilium petere. ibi queſumus ergo deus vt ſereno annuas vultu. inquit igitur (hic locus) ideſt hoc templum preſtantiſſimum (vocitatur nempe).i. certe dicitur (aula) ideſt domus et baſilica (regis immenſi).i. omnipotentis dei. q̄ pro ⁊ vocitatur dico (porta niuei celi que) ſcilicet porta. ⁊ debet eſſe relatiuum. alias nec verſus nec ſenſus ſtaret: quoniam ſecundus pes ſaphici verſus eſt ſpondeus. (accipit omnes petētes) i. euntes ad patriam vite. hoc eſt ad gloriam. vel petentes. quia teſte Gregorio. peti vult celum. ⁊ rapi noſtris fletibus. vnde eſt illud petite ⁊ accipietis.

Gregori⁹.

HIc locus nēpe uocitat᷑ aula
Regis imenſi niueiq̄ cęli
Porta que uite: patriam petentes
Accipit omnes.

Turbo quē null⁹ qtit: aut uagātes
Diruūt uēti penetrātq; imbres
Non tetris ledit piceus tenebris:
Tartarus horrens.

Quē. ſ. locū eccleſie (null⁹ turbo). i. nulla perturbatio aeris vel immūdi ſpūs aut hereſis (quatit). i. cōcutit q2 eſt ſolidata in lapide illo angulari: cuius meminit dauid. pſal. cxviij. eſt eñ ꝓprie turbo vētus vehemēs et volubilis oppoſita deſtruēs. Lucanus auulſit laceros percuſſa pupe rudentes turbo rapax. τ tunc mittit genitiuum per. inis. τ etiam quando accipitur pro inſtrumento luſorio quo maxime delectantur pueri. Vergilius in. vij. de amata. Ceu quondam torto volitans ſub verbere turbo. quando vero mittit genitiuum in. onis. eſt proprium nomen gladiatoris celeberrimi. Hora. ij. ſer. corpore maiore ridens turbonis in armis. (aut venti vagantes non diruunt). i. non deſtruuntq; pro τ (nec himbres). i. agmina aquarum (penetrant). i. perforant (hymber) per ſecundam declinationem non legi. niſi forte hymbri pro nimbi poſitum fuerit ante hac in hoc textu (non tartarus piceus τ horrens ledit) ideſt infeſtat τ damnat τ hoc ſuis tenebris. Turbo p inis. τ onis. Lucanus. Vergili⁹.

Quesum⁹ ergo deus ut ſereno
Annuas uultu famulos gubernes
Qui tui ſummo celebrant amore
Gaudia templi.

Ecce ꝓ populo petit eccleſia auxiliū diuinū dicēs. Queſumus ergo deus (vt annuas). i. cōcedas reſpiciasq; nos (vultu ſereno) i. nō irato (τ gubernes). i. regas. (famulos). i. ſeruos tuos (q̄ celebrāt) amore (ſummo). i. maxima leticia (gaudia tui ſacratiſſimi templi. ¶ Proſequit̄ dicēs (nulla moleſtia). i. nulla dāna τ incōmoda (vite) noſtre preſentis (cruciēt). i. ledāt nos celebrātes gaudia tui templi (τ dies). ſ. vite nr̄e (ſint leti) q; pro τ (noctes) ſint etiā (placide). i. dulces ſine illuſione aut perturbatione demonū que ſolet fidelibus euenire vt eos a ſuo recto ꝓpoſito euertat τ (null⁹ ex nobis. ſ. gaudia tēpli celebrātib⁹ (ſentiat ignes). i. tormēta vltimi examinis diei iudicij (mūdo pereūte) pro pereūtis mundi. aut ſit abſolute in die quippe iudicij ignis τ tempeſtas valida in conſpectu dei apparebit.

Nulla nos uite cruciēt moleſta
Sint dies leti placideq; noctes:
Nullus ex nobis pereunte mundo
Sentiat ignes.

Hec dies in qua tibi cōſecratam
Conſpicis aram tribue perēne:
Gaudium nobis uigeatq; longo
Temporis uſu.

Hec dies. ſ. eſt o deus (in qua conſpicis) ideſt vides (aram). i. templuꝫ vel altare (conſecratam). i. dedicatam tibi. i. in honorem tui nominis vel dico deus tribue nobis gaudium peremne. i. perpetuumq; pro τ dies in qua conſpicis aram conſecratam tibi vigeat. i. duret in ſuo vigore τ potentia. vigere enim permanentiam dicit vt habetur. iiij. Regū ix. c. adhuc fornicationes iezebel matris tue τ veneficia eius multa vigent (longo vſu temporis). i. per longum ſpacium temporis ad gloriam tuam. Vigere.

Gloria ſummū reſonet parentē
Gloriam natum. &c.

Carmē eſt dimetrū iambicū cacometrū. i. male mēſuratū. nam cacos grece malū: & metrū mēſurā ſignificat. Canit̄ in feſto diui gabrielis archāgeli ad horas ueſpertinas eius laudes cōmemorās.

GAbrielem ueneremur
Summi regis nuncium.
Per quē deus delegauit
Suum miniſterium:
Mundo lapſo nunciando
Ieſum dei filium.

In hoc hymno intēdit auctor laudare deū in cōmemoratione archangeli gabrielis cuius laudes deſcribēs ex officio τ legatione: petit per eū nr̄as p̄ces preſentari ante deum dicens. ſ. nos omnes (veneremur). i. laudem⁹ (gabrielem archangelum nuncium ſummi regis). i. dei patris vel xp̄i: quem nūciauit incarnandum propter reparationem generis

Nūcius. Laurētiꝰ. Feſtꝰ pō-pe. Calepinꝰ

humani. Nūcius ꝛ res ipſa que nūciatur eſt ꝛ qui nunciat. nūciū aūt non ōr ſcōm Laurentiū ꝛ feſtū pompeiū (per quē). ſ. ga. (delegauit). i. miſit. nā legare ſecundū calepinū eſt legationē facere vel mittere (ſuū miniſteriū). i. ſuū ſacrū ſecretū (nūciando). i. manifeſtādo (miſſo lapſo). i. pereunti ieſum dei filium eſſe venturum: ꝛ naſciturum ex ventre virginis marie. Hoc metrum ꝛ illud. ſ. luſtra ſex qui iam peracta. ꝛ pange lingua. ꝛ tibi xpe ſplēdor patris. ꝛ vrbs beata hieruſalem. ſic pretermiſimus quia videbantur. q. ab omni lege carminis ſoluta. nam abundant trocheis in locis imparibus ꝛ in paribus aliquando ſpondeis ꝛ videntur catalectici. tales ſunt hymni ſequentes beate catherine.

Gabriel interpretatꝰ fortitudo dei.

Ecce in preſenti parte petit auxiliū diui gabrielis dicens (gabriel virtus diuina) ꝛ bene qꝛ gabriel fortitudo dei interꝑtatur fortis enim fuit cōtra diabolū per virtutem crucis (fortifica debiles). i. nos pctōres vt habeamꝰ fiduciam recuperādi veniā per te ꝛ (ipſe corrobora nos) i. cōfirma (vt vincamꝰ inimicū) i. diabolum aduerſarium noſtrū qui rugiēs tanꝗ leo querit quē deuoret: (ꝛ impetra) i. obtine a deo (vt lapſus) ideſt peccata (remittantur). i. condonentur nobis. Et dicitur lapſus de labor laberis (quod idem eſt quod cadere. ꝛ quia in peccatum labimur dicitur lapſus teſte gregorio in homilia dn̄ice quarte aduentus.

Lapſus. Gregoriꝰ.

¶ Gabriel uirtus diuina
Debilis fortifica:
Vt uincamus inimicum
Ipſe nos corrobora
Vt & lapſus remittantur
Ipſe nobis impetra.

Laudat eum a legatione dicens quod inter ceteros hic ſolus venit ad annūciādū verbū incarnādū. dicit ergo. tu gabriel fuiſti. ſ. (angelus miſſus a deo vt habetur Luce. i. (ad thalamū) i. ad domū virginis marie (et deus elegit te ſolū ſuum ſecretarium). i. repoſitorium ſuorum ſecretoꝝ. ꝛ quia tu fuiſti dei apocryſarius (preſenta noſtras preces) ideſt noſtras orationes ante deum celi.

¶ Angelus in mundum miſſus
Ad marie thalamum:
Te ſolum deus elegit
Suum ſecretarium:
Noſtras preces tu preſenta
Ante celi dominum.

Concluſio eſt ad laudem ꝛ gloriā dei ꝛ gabrielis archangeli (gloria ꝛ honor deo) ſ. ſit (vſqꝫ quo) ideſt ſemper (altiſſimo) ꝛ gloria ſit (vna) ideſt pariter (patriqꝫ pro et filio et paraclito inclito) ideſt ſancto ſpiritui conſolatori (inclito) ideſt magno ꝛ nobili a quo bona cuncta procedunt (qui condonauit tot dona gabrieli angelo). ſ. vt eſſet apocryſarius paranimphus dei. Nota quod hoc nomē paraclitus deſcendit a para ꝛ cleſis. quod a noſtris dicitur aduocatus teſte Peroto in cornucopia: tradunt tamen tunc per. e. ſcribendum eſſe. ſcilicet paracletus. ex eo quod per. i. infamem ſignificare dicunt. tamen vſui frequentiori credendum eſt quoniam per. i. ſcribitur communiter paraclitus a doctoribus totius ſacre pagine.

Paraclytus ꝛ vñ. Perotus

¶ Gloria & honor deo
Vſqꝫ quo altiſſimo
Vna patri filioqꝫ
Inclito paraclito
Qui tot dona condonauit
Gabrieli angelo.

¶ Carmen eſt dimetrum iambicum ex parte cacometrū. Canitur ad horas ueſpertinas in die ſancti Iſidori archiepiſcopi Hyſpalenſis cuius laudes proſequitur.

In preſenti hymno vniuerſa fidelium cōgregatio incitatur ad leticiā carpendā in ſolēnitate noſtri glorioſiſſimi patroni iſidori: cōmemoranſqꝫ auctor eiuſdē laudes circa erradicandā hereſim: declarat eum magna fortitudine ꝛ mira ſcientia floruiſſe. ꝛ maxi-

¶ Congaudeat eccleſia
Et preſulis ſolemnia:
Confeſſoris iſidori
Honore colat celebri.

mo charitatis ardore accenſum in clericorum ꝛ totius populi commodis: tam anime quã corporis inuigilaſſe dicens. (eccleſia). ſ. militans hoc eſt fidelium congregatio (congaudeat). i. ſimul ꝛ ad inuicem letetur cum triumphante ſupernorum ciuium (ꝛ colat). i. veneretur. honore celebri. i. frequenti vel magna cum veneratione (ſolemnia). i. feſtum (iſidori p̄ſulis) ideſt archiepiſcopi hiſpalenſis doctoriſꝙ celeberrimi ꝛ confeſſoris excellẽtiſſimi. Cuius vitam a primis incunabulis ad finem vſꝙ videre cupientes: remittimus ad ſacre ſcripture hortos. vbi ſeuerianus pater: ꝛ turtura mater: leanderꝙ: ꝛ fulgentius epiſcopi fratres eius: cum florentina ſorore veluti gemme coruſcantes apparebunt. cuius etiam mortem ſuis diſcipulis prophetico ſpiritu longe ante predictam apertiſſime dignoſcent.

¶ Qui uelut ſolis radius
Demptis prorſus hereſibus:
Et deuotus martyrio
Dogmate fulſit uario.

Qui. ſ. iſidorus (fulſit). i. ſplẽduit velut i. ſicut (radius ſolis) illuſtrãs totũ orbẽ (hereſibus dẽptis). i. extirpatis ꝛ a radice euulſis ꝛ etiã (deuotus). i. deuote attẽtus (martyrio). i. ad ſuſtinẽdũ martyriũ pro chriſto ſi interea occurreret (fulſit dogmate vario). i. multiplici doctrina ad omnium vtilitatem. dogmata vt ciceroni. Senece. et apuleio placet. ſcita decreta placita atꝙ conſulta interpretãtur. Marcialis papilium notauit ſic ab eo querens. Tu qui ſectarum vires et pondera noſti. Dic mihi precide papili dogma quid eſt. Dogma. Marcial.

¶ Hiſpaniarum populis
Diuine legis regulis:
Et romanorum moribus
Inuigilabat ſedulus.

Recenſet vitam ꝛ induſtriam Iſidori in pontificatu dicens. qđ etiam ſanct⁹ iſidorus (ſedulus). i. diligens (inuigilabat). i. inſudabat (populis). i. in populis (hiſpaniarum) ſcꝫ inſtruendis regulis diuine legis ꝛ etiã (in moribus) romanorum. ſ. componẽdis vel inſtruendis (regulis etiam diuine legis.

¶ In clericorum commodis
Et pauperum ſubſidiis:
Legum lator clariſſimus
Hic inherebat arctius.

Hic. ſ. ſctũs iſidorus (clariſſimus legum lator). i. ſanctarꝫ legũ dator (inherebat). i. inſiſtebat (arctius). i. impẽſius ꝛ totaliter (incõmodis) ideſt in vtilitate (clericorum) eis in neceſſitatibus ſuccurrendo ꝛ honoribus extollendo ꝛ (in ſubſidiis). i. in auxiliis pauperum. diuidebat. n. ſubſtãtiã ſuam trifariã. ſ. partim eccleſie parti paupib⁹. reliquũ xp̄o ſibi.

¶ Laus honor uirtus gloria:
Deo patri & filio:
Sancto ſimul paraclito
In ſempiterna ſecula. Amen.

Et quia deus contulit tantam gratiã beato iſidoro vt ſic viueret: ꝛ nobis bene viuendi normam relinqueret (laus honor virtus gloria) ſcilicet ſit deo patri et filio ꝛ ſimꝉ i. pariter (ſancto ſimul paraclito) ideſt conſolatori in ſempiterna ſecula. Amen.

¶ Carmen eſt quale ſuperius. Canitur ad horas matutinas in eadem feſtiuitate ſancti iſidori: cuius auxilium implorat.

MAgne doctor iſidore
Nos de hoc diro carcere
Fac poli reddi ſolio
Placato dei filio.

Quia de laudibus ſancti iſidori in precedenti hymno dictũ eſt: nunc conſequenter in preſenti: diuinũ auxiliũ per eius interceſſionẽ petit fideliũ caterua. deum ſuppliciter laudando: vt dignetur ſuorum ſeruorum vota ſuſcipere dicens. (o magne doctor iſidore fac). i. tuis precibus obtine (nos pctõres reddi) ideſt redduci (ſolio poli). i. ſedibus patrie celeſtis a qua teſte gregorio per delectamenta deceſſimus. ꝛ p lamẽta penitẽtie illuc redire tenemur. ꝛ eſt ſoliũ ſella regalis: quod greci thronũ appellant. ꝛ dicitur a ſoliditate. vel per antiſtichon quaſi ſodium a ſedendo vt ſcꝉ Gregori⁹. Solium.

Sella. la.q.ſeda.⁊ ſubſellia quaſi ſubſeddia.de quibus aſconius ⁊ pedianus li.j.verrinarū multa
Subſeddia. de hoc diro carcere)ideſt de hoc mundo vel de hoc corpore:in quo veluti in carcere vinclis ita anima noſtra tribus inimicis eſt irretita ſcilicet mundo.demone.carne.⁊ hoc debet fie-
Aſconi⁹. ri(placato dei filio).ſ.per tuam interceſſionem.

Pedian⁹ Et dico q̄ facias nos reddi ſolio poli.ſ. quia(o confeſſor inclite)ideſt glorioſe et preclare.inclytus.grecum eſt ab en grece qđ eſt
Inclytus in.⁊ cletos.clarus.Geñ.xxxj.de iacob dr̄ ⁊ de illius facultate ditatus.factus eſt inclit⁹(cho
Ouas ouat. rus eccleſie ouans).i.letus valde.ab ouas.at verbo deficiente in prima perſona.qua plura carebant ſecundum probum grammaticum vt ſunt furis.it.faris.tur.roras.at.que nunc in eadem proferuntur.furio.is.roro.as.⁊c.(et caterua fidelium collaudat per te)ideſt habendo te interceſſorem(chriſtum dominum.

¶ Ieſu chriſte rex glorioſe
Vota ſeruorum ſuſcipe:
Huius doctoris precibus
Nobis faue propitius.

O ieſu chriſte quia tuam iuſtitiam timemus noſmetipſos reos accuſantes: ad auxiliū tuum per ſanctoꝝ itercesſionē currim⁹. ⁊ ideo(o ieſu xp̄e rex glorie ſuſcipe vota ſeruorum)⁊ tu propitius.i.pius (faue).i.faueas hoc eſt ſucurras nobis(p̄cibus).i.per preces vel propter interceſſionem (huius doctoris) ideſt iſidori cuius feſta celebramus.⁊ nota quod propitius poterit eſſe aduerbium ⁊ melli
Priſcianus. us propicius.ideſt pie ⁊ benigne(quia teſte priſciano)nomina comparatiua in neutra terminatione efficiuntur aduerbia.

¶ Ieſu chriſte rex glorie
Vota ſeruorum ſuſcipe:
Huius doctoris precibus
Nobis faue propitius.

Declarat modo quō poterit nobis fauere p̄pitius.aut q̄d poſt fauorē preſtabit dicens.(Da nobis veniā peccatoꝝ).i.remitte nobis pctā nr̄a(⁊ p̄ſta).i.cōcede nobis (gloriā ſanctoꝝ).ſ.vt ſctis tuis in celo ſociemur vt fruamur gaudiis celi)ideſt letemur eter-
Fruor. na gloria.⁊ hoc(meritis tanti patris) ideſt tam glorioſi patris iſidori. frui enim eſt potiri
Valla. aliqua re propter ſe ipſam teſte valla.

¶ Da peccatorum ueniam
Preſta ſanctorum gloriam:
Vt tanti patris meritis
Celi fruamur gaudiis.

¶ Laus honor.&c.ut ſupra.

¶ Carmen eſt quale ſuperius. Canitur ad horas ueſpertinas in feſto corone domini. Commemorat beneficia que ex paſſione atq; reſurrectione chriſti accepimus.

Materia preſentis atq; ſequētis hymni cōſimilis eſt.ſ.agere de xp̄i paſſione: circa ſpinas quibus glorioſiſſimū eius caput vndiq; pforatū fuit.oſtendit aūt quod p̄pter delicta noſtra mortuus eſt. ⁊ qđ dolores nr̄os ipſe portauit.vt eſaias ait. declarat etiā qđ ob id gaudere debemus ſummopere.quia eius paſſione redēpti ſumus dicēs.plaudat turba fidelium quod per ſpine ludibrium purgat creator omnium ſpineti noſtri vitiū. ſignat etiam beneficia que ex eius coronatione ſeu paſſione ſuſcepimus Inquit ergo (o fidelis cō
Concio. cio).i.cōgregatio fideliū chriſtianorum.Concio idem eſt quod contentio. ⁊ populi multitudo.aut eccleſia.idem etiam quod alloqui populum ⁊ conuentū facere. ſumitur etiā pro loco in quo cōcionat̄ aliquis.vt habet̄ Deut.x.⁊ Nu.v.(lauda trophеū inclitum).i. victoriā nobilē(ſpine)ideſt ſpinarū quibus chriſtus perforatus eſt caput glorioſum. trophеum
Trophea ſunt aūt Trophea hoſtiū ſpolia in arborū truncis aut ſaxis affixa in victorie ſignū Lucan⁹.
Lucanus Cūq; ſuperba foret babilon ſpolianda tropheis. bene ergo laudabimus chriſti trophеū: quandoquidē tartarū ſpoliauit(p quā).ſ.ſpinā(pditio)ſ.nr̄a(perit)perditi enim eramus ante xp̄i paſſionē(q;)pro et(meritū vite).ſ.eterne(datur).ſ.nobis vt per eam viuamus.

¶ Lauda fidelis concio
Spine trophеum inclitū:
Per quam perit perditio
Viteq; datur meritum.

¶ Per te confeſſor inclyte
Ouans chorus eccleſie.
Et caterua fidelium
Collaudat xp̄m dominum.

¶ Filius eterni pr̄is. i. ieſus xp̄s filius dei (liberat nos a pūcturis). i. a cicatricib⁹ ſpinarū. vel tormētoꝝ inferni (dū tollerat). i. ſuſtinet ip̄e (pūgi). i. ꝑcuti (ſpinis) exiſtēs. ſ. neſci⁹ i. inocēs culpe ſpinaꝝ. q̄ nō ꝓpter ſua ſ ꝓpt ppl̄i delicta attritus ⁊ cū iniquis deputat⁹ ē. vt affirmat eſaias ꝓpheta.

¶ Cum ſpinarum aculeum
Chriſtus ꝓ nobis pertulit:
Per diadema ſpineum
Vite coronam contulit.

¶ Explicat bn̄ficia q̄ ꝯtulit nobis dn̄s in ſua corona doloroſa. dicēs (cū xp̄s ꝑtulit). i. ꝓ nob paſſus eſt (aculeū). i. vuln⁹ tormentuꝫ ſpinaꝝ. Aculeus ſtimul⁹ eſt ſiue gen⁹ tormē- Aculeus.
ti pungens veluti acus a quo deriuat̄. ſumit̄ etiam ꝓ cura ſiue anxietate (ꝯtulit). i. donauit nobis gratis (coronam vite ꝑ diadema ſpineum). i. ꝑ coronam illā ſpinis ꝯtextā. ⁊ infle- Diadema
ctitur diadematam ꝑ primam quam ꝑ tertiam. teſte Priſciano. eſt diadema autem orna- Priſcian⁹.
mentum capitis ex auro ⁊ gemis contextum maxime mulierum. vt Iſidorus li. xix. ca. xxx. Iſidorus.
d. Iuuenalis. Ille crucem precium ſceleris tulit hic diadema. Iuuenal.

¶ Plaudat turba fidelium
Quod per ſpine ludibrium:
Purgat creator omnium
Spineti noſtri uitium.

¶ Plaudat ergo. i. gaudeat turba fideliū ꝓpter tantū beneficium qđ. i. q2 creator omnium purgat. i. emundat (vitiuꝫ nr̄i ſpineti) ideſt noſtrorum peccatorum culpam. ſpinetum autem a ſpina dictum eſt ſpine ꝟo ſentes ſunt. ſpina etiam pro iunctura dorſi accipitur (per ludibriū ſpine) ideſt per deriſioneꝫ Spinetuꝫ
factam per ſpineam coronam. Nam iudei plectentes ſpineam coronam: illudebant ei di- Spina.
centes. aue rex iudeorum prophetiza nobis ⁊c.

¶ Queſumus auctor omnium
In hoc paſchali gaudio:
Ab omni mortis impetu
Tuum defende populum.

¶ Et q2 p̄ſens ſolemnitatis canitur i t̄pe paſchalis reſurrectiōis: addit̄ hoc ꝟſus ſic. Et quia tu liberaſti nos a morte (o auctor oim̄ q̄s). i. rogamus te (in hoc gaudio paſchali). i. in tua reſurrectiōe (defende pplꝫ tuū ab om̄i impetu). i. ab om̄i ꝑiculo mortis vl̄ a pc̄to. ne denuo in mortē incidam⁹.

¶ Laus xp̄o regi glorie
Pro corone uirtutibus:
Qua nos reformans gratie
Coronat in celeſtibus.

¶ Cōcluſio ē toti⁹ hymni ad laudē ⁊ gl̄iā oipotētis dei (laus ergo ſit xp̄o regi gl̄ie ꝓ v̄tutib⁹ corone q̄). ſ. corōa (reformās). i. renouās nos gr̄e ſue. i. ad gr̄aꝫ ſuā ꝓmerēdā (coronat in celeſtib⁹). i. dat nob coronā i gl̄ia ſc̄toꝝ vbi regnat ꝑ iſ̄nita ſc̄loꝝ ſc̄la. Amen.

¶ Carmen eſt quale ſuperius. Canitur ad horas matutinas in feſto corone Domini: cui⁹ beneficia commemorat & fideles incitat ad ꝑſoluenda xp̄o cantica letitie.

ETerno regi glorie
Deuota laudum cantica:
Fideles ſoluant hodie
Pro corona dominica.

¶ Diximus quod materia preſentis hymni eſt agere gratias deo: pro beneficiis nob collatis in ſua coronatiōe. ad quod inuitat nos hymnus dicens. (fideles ſoluant hodie) ideſt perſoluant ⁊ reddant in hodierne feſtiuitatis die (cantica deuota) ideſt hymnos deuote modulatos (regi eterno glorie) ideſt chriſto perpetuo regi celeſtis glorie (pro corona dominica) ideſt pro eiuſdem domini corona glorioſa ſpinarum.

Corona ↄtumelie.i.iniurie ⁊ vilipēdij. Cōtume. nā ↄtumelia eſt iniuria ⁊ graue ↄuitiū in cō Terētius. tēptū pſone. Terēti⁹ nā ſi ego hac ↄtumelia digna ſuꝫ ⁊c. ptꝫ ēt qḋ ꝑpter iniuriā corona uerūt eū dicētes: aue rex iudeoꝝ ⁊c. (coronāt regē oīm).ſ.regū ⁊ reꝝ oīm dn̄m (cui⁹ opprobrium).i.cuius crimen ⁊ maledictum oblatum donat nobis coronam glorie.

Coronat regem omnium
Corona contumelie:
Cuius nobis opprobrium
Coronam confert glorie.

Corona plectit̄.i.impͥmit̄ ⁊ applicatur xp̄o ⁊ hoc de aculeis ſpinaꝝ.i.de ſpinis et ſtimulis ſeu iūcis marinis.q̄.ſ.corona (ptās mūdi).i.facultas nocēdi ſup terrā (tollit̄).i.eripitur (miniſtris).i.a miniſtris (tartareis).i.īfernalib⁹ rugiētib⁹ ad deuorādū fideles.

De ſpinarum aculeis
Chriſto corona plectitur:
Qua miniſtris tartareis
Mūdi poteſtas tollitur.

Recte demonib⁹ tollit̄ ptās nocendi in mūdo. q̄ꝛ (corona capitis xp̄i pfuſa).i.ſperſa (ſanguine ſuo ſacro purgat).i.emūdat (reos) ideſt pctōres (a crimine).i.a pctīs ſuis. ⁊ hoc (penis debitis).i.q̄s pro pctīs debebāt) ſolutis.i.ꝯdonatis ⁊ remiſſis ī xp̄i paſſiōe q̄ꝛ pctā q̄ nō detulit nos abluēdo ſuſtulit.

Corona chriſti capitis
Sacro perfuſa ſanguine
Penis ſolutis debitis
Reos purgat a crimine.

Q m̄s auctor. & laus xp̄o utſupra.

Carmen eſt ſaphicū mixtū adonico. Canitur in feſto natalitio ſancti ioannis baptiſte. Cuius generationē: educationem: laudeſq̄ ꝓſequitur atq̄ auxilium implorat.

Hymn⁹ iſte vitā ⁊ mores habitū ⁊ ꝯuerſationē ſcti ioānis baptiſte deſcribit orās ⁊ perſuadēs vt ei⁹ ꝯſuetudinē imitemur: vt ad ei⁹ btitudinē ꝑuenire mereamur (o ſcte ioannes ſolue).i.relaxa (reatū labij).i.oris (polluti).i. inqnati (vt famuli tui q̄āt).i.poſſint (reſonare mira).i.miracl̄a (geſtoꝝ tuoꝝ).i.factoꝝ (fibris).i.venis (laxis).i.reſolutis vł vocib⁹ apt;

UT queant laxis reſonare fibris.
Mira geſtoꝝ famlī tuoꝝ
Solue polluti labii reatum
Sancte ioannes.

Nūci⁹ celſo ē veniens olipo.i.de celo.ſ. āgel⁹ gabriel veniēs olipo (ꝓmit).i.nunciat (te fore magnū naſcituꝝ pr̄i tuo zacharie) nōmē tuū ſilr ꝓmit: q̄ꝛ dixit ioānes vocet̄ et (ꝓmit ſeriē).i.ordinē vite gerēde dicēs) vinū ⁊ ſicerā nō bibet (ordie).i.ſꝫ ordinē quē geſſit

Nuncius celſo ueniens olimpo
Te patri magnum fore naſciturū:
Nomen & uite ſeriem gerende
Ordine promit.

Ille.ſ.zacharias (dubi⁹).i.icredul⁹ (ꝓmiſſi ſupni).i.celeſtis ꝓmiſſiōis (pdidit prōpte Ambroſi. modulos loq̄le).i.modū locutionis. Ambroſi⁹ dicit q̄ zacharias vocē amiſerat in cōſonātib⁹: q̄ꝛ eas formare nō poterat ſꝫ tu reformaſti (o ſcte ioānes genit⁹).i.nat⁹ (organa vocis pēmpte).i.extincte vocis.

Ille promiſſi dubius ſuperni
Perdidit prompte modulos loq̄le:
Sed reformaſti gemitus perempte
Organa uocis.

Et tu poſit⁹.i.recūbēs (cubili).i.ventre mr̄is tue (obſtruſo) clauſo (ſenſeras regē).i. xp̄m (manētē).i.iacentē (thalamo).i. ventre marie (hinc).i.hoc q̄ tu nouiſti xp̄ꝫ o ioānes (parēs vterq̄).ſ.zacharias ⁊ eliſabeth (pandit abdita).i. ꝓphetauerūt abſcōdita. Pr̄ dixit. Bn̄ſ dn̄s de⁹ iſrl̄. ⁊ hoc nō ſuis meritis. ſed (meritis).i. ꝑpter merita (nati).i. filij.ſ.ioannis. mater aūt dixit. Unde cucuit mihi q̄ mater dn̄i mei veniat ad me.

Ventris obſtruſo poſitus cubili
Senſeras regem thalamo manentē
Hinc parens nati meritis uterq̄
Abdita pandit.

¶ Antra deſerti teneris ſub annis
Ciuium turmas fugiens petiſti:
Ne leui ſaltem maculare uitam
Famine poſſes.

O ſcſe ioannes (tu fugiens turmas). i. turbas (ciuiũ petiſti antra). i. obſcurã ſpelũcã (deſerti ſub teneris annis). i. in etate duodecim annoꝝ (ne poſſes maculare vitã) ſanctam (famine). i. vbo ocioſo ocioſum eſt verbum qđ aut vtilitatis rectitudine aut iuſte rationis neceſſitate caret (famine dico ſaltẽ leui). i. ſine bono fructu.

Ocioſum vbum qđ ſcđm gregorium.

¶ Prebuit hirtum tegimẽ camel⁹
Artubus ſacris ſtrophiũ bidentes:
Cui latex hauſtum ſociata paſtum
Mella locuſtis.

Camelus ꝓbuit hyrtũ tegimẽ. i. aſpeꝝ veſtimentũ (ſacris artub⁹ bidentes). i. oues ꝓbuerunt (ſtrophiũ). i. cingulũ (cui). i. ioãni (latex). i. aqua ꝓbuit (hauſtũ) ⁊ cui mella ꝓbuerunt paſtũ mella dico (ſociata locuſtis). i. volatilibus.

¶ Ceteri tantum cecinere uatum
Corde preſago iubar affuturum:
Tu quidem mundi ſcelus auferẽtẽ
Indice prodis.

Ceteri vatũ. i. aliĩ ꝓphete (cecinere) ꝓphetauerunt (tantum). i. tantũmodo (corde preſago). i. prouido (iubar affuturũ). i. xp̃z venturum ſed tu diſcretus es ab aliis ꝓphetis dicens. Ecce agnus dei ⁊c. (prodis). i. oſtẽdis xp̃m. ſ. (auferentẽ ſcelus mũdi). i. pcc̃m (indice). i. cũ digito dicẽs. Ecce agnus dei.

¶ Non fuit uaſti ſpacium ꝑ orbis
Sanctior quiſq̃ genitus ioanne:
Qui nephas ſecli meruit lauãtem
Tingere limphis.

Quiſq̃ homo genitus nõ fuit ſanctior ioanne per ſpacium (vaſti orbis) ideſt ampli mundi. Unde veritas ait. Inter natos mulierum ⁊c. ſcilicet corruptarũ mulierũ. Quidam opponunt de chriſto ſed non valent: qꝛ de virgine natus eſt qui ioannes (meruit tingere) ideſt baptizare (limphis) ideſt aquis iordanis (lauantem) ideſt chriſtum purgantem nephas) ideſt peccatum (ſecli) ideſt ſeculi. et eſt ibi ſincopa.

O Nimis felix meritiq; celſi
Neſciens labem niuei pudoris.
Prepotẽs martyr heremiq; cultor
Maxime uatum.

Et quoniam meruiſti chriſtum tingere limphis. tu dico (nimis felix celſis meriti neſciens) ideſt ignorans (labem) ideſt ſordem (niuei pudoris) ideſt pulchre caſtitatis (martyr) ideſt teſtis prepotens chriſti. Ecce agnus dei. ⁊c. vel (martyr) ideſt decollatus (⁊ cultor) ideſt habitor (heremi) ideſt loci ſolitariĩ. tu dico (maxime vatum) quia propheta ⁊ pluſq̃ propheta.

¶ Serta terdenis alios coronant
Aucta cremẽtis duplicata quoſdã:
Trina centeno cumulata fructu
Te ſacer ornant.

Tres ordines hic notantur ſcilicet triceſimus. ſexageſimus. centeſimus: in quibus continentur omnium hominum ordines ſcilicet continentes coniugati ⁊ virgines. qui ⁊ deſignantur per tres viros ſcilicet per Noe: per Danielem. per Iob: per Noe coniugati. ⁊ per Iob continentes. per Danielem vgines deſignantur. Unde in euangelio. Aliĩ ſunt in lecto. aliĩ in villa. aliĩ in agro. Hoc tractũ eſt de euangelio vbi dicitur de ſemine iacto in terram. Aliud ſexageſimum. aliud triceſimum aliud centeſimum fructum attulit. ideo dicitur hic ſerta terdenis. (Serta) ideſt corone (terdenis) ideſt triginta (coronant alios) ſcilicet coniugatos qui habent ſecum fidem trinitatis ⁊ adherent decem preceptis legis. ⁊ alia ſerta (aucta). i. augmentata (⁊ duplicata cremẽtis) i. ad duplum creſcentia. ſ. in ſexageſimum fructum (coronant quoſdam). i. ꝯtinentes q̃ vixerunt in charitate ⁊ hñt ſex opa miſericordie ⁊ caſtitatis vel charitatis vt paſcere ieiunos veſtire nudos ⁊c. (Et trina). i. tria (ſerta comulata) ideſt aggregata ex ter triginta (aucta) ꝑ additionem denariĩ. ſ. ꝑ decẽ (coronãt te o ſcſe ioannes) qui es virgo (centeno fructu)

Tres ordines.

Tres hoĩs ſtatus.

qꝛ centeſimꝰ fructꝰ coronat.i.ornat virgines. Et vt breuiꝰ exponamus. a triceſimo fructu vl' ordine ꝯiugati: a ſexageſimo ꝯtinentes. a centeſimo virgines poſt diſſolutionem corpis et anime coronantur in eterna beatitudine. Et nota ꝙ triceſimus numerus ſurgit a ternario ⁊ denario. qꝛ ꝯiugati hn̄t fidem ſancte trinitatis ⁊ adherent decem p̄ceptis legis. Sexageſimus numerus a ſenario ⁊ denario ſurgit qꝛ ꝯtinentes habent ſex opera miſericordie ⁊ charitatis.ſ. paſcere ieiunos ⁊c. Virgines in centeſimo ordine ponuntur ⁊ ſignificant ꝑfectionem qꝛ centenarius numerus ſurgit a trino triceſimo: ⁊ denario.i. decem ſupaddito. et ita ſunt centum. ꝑ centum numerus ꝑfectus intelligitur. in hoc ordine fuit beatus iannes nō abſurde immo apte ſcd̄m loq̄lam digitorum. Per triceſimum numerum coniugatorum. ⁊ ꝑ ſexageſimum ꝯtinentium. ꝑ centeſimum v̓ginum merces accipitur. Periti eñ prima computatione articuloꝝ quam appellant loq̄lam digitoꝝ in ſiniſtra manu ꝑ quam vita temporalis intelligitur vſqꝫ in nonaginta nouem ſolebant computare. Centum autem et deinde in dextera parte ꝑ quam celeſtis vita deſignatur. Unde q̄dam de centenario habemus in Juuenale ſat.x. Jam dextera computat annos. In hoc loco facit aucto numerū ſuum ꝑ q̄nqꝫ digitos manus.ſ. ꝑ policem ꝑ indicem ꝑ medium medicum ⁊ auricularē: auricularis in palma poſitus ſignificat vnitatem medicus cum ipſo poſitus duo ſignificat. medius cum ipſis poſitus.ſ. in medio tria. deinde. Auricularis erectus medio ⁊ medico iacentibus quattuor ſignificat. medicus cum illo erectus medio iacente in palma quinqꝫ deſignat medius cum illis erectus ſex ſignificat. Item auricularis in palma extenſus ſeptem ſignificat medicus eodem modo poſitus.ſ. in palma octo ſignificat. medius ſimili modo poſitus nouem ſignificat. Index qui vſqꝫ huc nil fecit predicto modo poſitus.x. ſignificat amplexu pollicis adiunctus.xxx. ſignificat. Per quem numerum ſatis ꝯgrue accipit̄ merces coniugatorum ꝓpter illorum mollem amplexum ⁊ vite dilectionem ⁊ concordiā. Pollex ſiquidem cum indice ſimiliter aſtrictus ſexaginta ſignificat. Per quem numerum ſatis competenter accipitur merces continentium. Graue eñ eſt ab amplexu ⁊ voluptuoſa delectatione ⁊ conſuetudine abſtinere. vnde ſcriptum eſt. Nil conſuetudine maius. In dextera dicitur.c. per quem numerum quia ſit in dextera parte: vita celeſtis intelligit̄. Non immerito accipitur merces virginum quia in hac vita mundam ⁊ immaculatam vitā ducentes: celeſtem ⁊ angelicam inquantum poſſunt ducunt.

Nota gloſam.

Juuenalis.

Nota q̄nqꝫ digitoꝝ manꝰ ⁊ nota gloſa 3.

Hinc idest poſt hoc o ſancte ioānes (potens repelle) ideſt remoue (duros lapides).i. incredulitates (noſtri pectoris meritis opimis) ideſt fertilibus ⁊ magnis ⁊ fecundis planans iter aſperum ideſt patroſum (dirige calles reflexos) ideſt curuos in peccatis et tortuoſos.

Hinc potēs nr̄i meritis opimis.
Pectoris duros lapides repelle:
Aſperum planans iter & reflexos
Dirige calles.

Ut pius ſator ⁊ dr̄ a ſero.is. ideſt creator (mundi ⁊ redemptor mentibus puris pulſa leuione) ideſt liuore abiecta ⁊ venenoſa ſorde vitiorū (veniens dignetur ponere greſſus ſacratos) ideſt ſancta itinera (rite) ideſt recte vel ordinate.

Vt pius mundi ſator & redemptor
Mentibus pulſa leuione puris:
Rite dignetur ueniens ſacratos
Ponere greſſus.

Supni ciues.i. celeſtes angeli celebrāt te laudibꝰ (o deus ſimplex) ſcilicet in ſubſtantia (⁊ trine) ſcilicet in ꝑſonis (pariter nos ſupplices) ideſt humiles (precamur veniā) ideſt indulgentiam (parce redēptis) ideſt dimitte nobis redemptis peccata noſtra quia redemiſti nos ſanguine tuo ꝓprio.

Laudibus ciues celebrāt ſuperni
Te deus ſimplex pariterqꝫ trine:
Supplices & nos ueniā precamur
Parce redemptis. Amen.

Carmen eſt trimetrum iambicum cacometrū Canitur in feſtis apoſtolorum Petri & Pauli: proſequitur ipſorum laudes.

¶ Hic laudat auctor deum in commemoratione Petri ꝛ Pauli ꝙ deputauit illos esse pn̄cipes ecclesie ꝛ potestatem dedit illis ligandi atq; soluendi vincula peccatoꝝ: vnde rogamus eos vt reddāt nos deuotos fide: ꝛ spe robustos ꝛ repletos fonte gemine charitatis. impetrato ab eis viuere post mortem (aplo͞rum festum felix).i. beatum vel lectum ꝓpollet (alacriter).i. iocose pre aliis splendet (per omnes cardines).i. per omnes partes mundi (aplo͞rum dico) scʒ beati Petri ꝛ Pauli sacratissimi quos aplo͞s (xp̄s) cōsecrauit almo sanguine ꝛ (deputauit).i. cōstituit eos esse pn̄cipes ecclesiaꝝ.

Felix per omnes festū mundi cardines
Apostolorum præpollet alacriter.
Petri beati pauli sacratissimi
Quos xp̄s almo consecrauit sanguine
Ecclesiarum deputauit principes.

(Hic sunt due oliue) ꝛ due arbores fructuose ꝛ redolētes ꝛ sunt cādelabra luce radiantia corā dn̄o scʒ cū lumine v̄tutū: qꝛ dn̄s nō posuit eos sub modio abscōditos: sed sup cādelabra.i. in maiore claritate siue charitate scʒ romana ciuitate (ꝛ duo p̄clara luminaria celi ꝛ soluūt).i. rūpūt fortia vincl̄a pctōꝝ (ꝛ reserāt isti duo).i. apiūt (portas olimpi).i. celi (fidelib⁹).i. xp̄ianis.

¶ Hi sunt oliue due coram dn̄o
Et candelabra luce radiantia
Preclara cœli duo luminaria
Fortia soluunt peccatorū uincula
Portas olimpi reserant fidelibus.

Et ipsi scʒ Petr⁹ ꝛ Paul⁹ (hn̄t ptātem claudere supnas sedes).i. celestes. hn̄t ptātē claudere (s̄moē).i. solo x̄bo. sicut clausit ananie ꝛ sephire cū dixit petr⁹ pecunia tua tecū sit.i. pc̄ta tecum sint in pditionem (ꝛ pandere).i. apire splendentia limina poli ligue eoꝝ claues facte sunt (sup alta sydera).i. sup oēs doctores ecclesiaꝝ (ꝛ repellunt laruas).i. culturas idolatrie. Larua quoddam monstrum est ꝛ in vultu hominis est vt pauorē inferat p quasdam phantasias nocturnas: intelligimus pc̄ta ꝙ apl̄i repellunt ab eis ꝙ eos sequūt (vltra limites mundi).i. extra ecclesiam. Nota ꝙ aliud est latria ꝛ idolatria: quia latria est summe veneratiōis cultus soli deo adhibendus: vel latria est voluntaria ꝓfessio diuine maiestatis. Idolatria x̄o est cultus deo debitus creature exhibitus. Et hec differentia solet assignari inter latria idolatria dulia ꝛ iperdulia. de latria ꝛ idolatria q̄d sit dictū est. Dulia vero est honor ꝙ debet scīs. Unde de btā v̄gine sciendū ꝙ in q̄tum sit p̄sona scā ei debet dulia: sed in q̄tum est mater dei debet ei ip̄dulia.i. magna excellentia qꝛ iperdulia debetur excellenti sicut est caro xp̄i. beata v̄go crux xp̄i. q fuit instrumentum nr̄e redemptionis. ꝛ ꝯcordat cum dicentibus ꝙ est dulia maior ꝛ minor de latria ꝛ dulia ꝛ differentiis habet. c. venerabiles imagines. de conse. distin. iij. in glosa ibi posita.

Larua.

Pro latria ꝛ idolatria.

Dulia ꝛ yp̄dulia.

¶ Habent supnas ptātē claudere
Sermone sedes pandere splēdentia
Limina poli super alta sydera
Lingue eorū claues cœli facte sunt
Laruas repellūt ultra mūdi limites

(Beatus Petrus rupit laqueos cathenarum) quia ceciderunt cathene de manibus eius per angelum nunciantem (mirabiliter) idest fortiter (christo iubente) ꝛ ipse (custos ouilis ꝛ doctor) fidelis ecclesie (et pastor gregis) christiani ꝛ (conseruator ouium).i. fidelium (arcens) idest repellens (truculentam rabiem) idest crudelem (rabiem) idest seuitiam (luporum) idest demonum vel hereticorum.

Actuū.xij.

¶ Btū̄s petrus cathenarū laqueos
Xp̄o iubente rupit mirabiliter:
Custos ouilis & doctor ecclesie
Pastor & gregis conseruator ouiū
Arcens luporū truculētam rabiē.

(Quodcunq; vinclis) idest sententiis striterit idest ligauerit ꝛ constringet (erit ligatum astris) idest celis (ꝛ quod resoluerit

¶ Quodcunq; uinclis super terrā strinxerit
Erit in astris religatum fortiter:
Et q̄d resoluerit in terris arbitrio

in terris arbitrio).i.iudicio ſuo(erit ſolutum ſuper radium ſolis) vel celi. ⁊ erit iudex ſeculi in fine mundi.

Petr⁹ erat talis q̄lis ſupius oſtendit ſed paulus(nō impar huic).ſ. Petro equalis (doctor gētiū ⁊ ſacratiſſimū tēplū).i.vas electiōis(⁊ in morte).i.in paſſiōe(cōpar).i.equalis huic ⁊ in corona particeps cōcors (ambo illi lucerne ſunt ⁊ dec⁹).i.honor(eccl'ie coruſcant claro vibramine).i.magno ſplēdore (in orbe).i.mundo.

O roma felix).i.beata es (q̄ purpurata).i.decorata p̄cioſo ſanguine hoꝝ qui paſſi ſunt(tantoꝝ p̄ncipū).i.tam magnoꝝ.ſ. petri ⁊ pauli(excellis).i.ſupas(oēm pulchritudinē mūdi)nō tua laude(ſed meritis ſanctoruꝫ).i. ꝓpter ſanctos(quos iugulaſti).i. interfeciſti (gladūs cruētatis).i.ſanguinolentis.q₂ in te occiſi ſunt.

Et q₂ habetis poteſtatē ligādi atq₃ ſoluendi.ergo o martyres gl'ioſi.ſ.(petre ⁊ paule liliū).i.ornamentū vel flos(mundi milites celeſtis aule triūphales).i.victorioſi (munite) idest defendite nos ab oīb⁹ malis vr̄is almis p̄cib⁹(⁊ ferte nos ſup ethera).i.vſq₃ ad ethereum celum.

Gloria ſit deo p immēſa ſcl'a).i.p immutabilia ſcl'a(⁊ o tu nate).i.o fili dei viui(dec⁹ ⁊ impium)q̄ impās celo ⁊ terre ⁊ mari ſit tibi honor ⁊ poteſtas ⁊ ſpūi ſc̄o(indiuidua).i. inſeparabilis(ſalus ſit trinitati)q̄ trinitas vn⁹ deus eſt ſalus oīm gentiū p infinita ſeculorū ſecula. Amen.

O Lux lucis).i.filius p̄ris (ꝓfudiſti oīme ſcl'm).i.repleſti(aurea luce).i.predicatione apl'oꝝ.lumina aurea dicti ſunt apl'i ſapientie ꝓferentia ſplēdorē ⁊ bonitatis ⁊ bōe vite q̄bus nos illuminār(⁊ decore roſeo) i.rubeo martyrio tu dico decorās celos.i.celeſtes creaturas(inclyto m̄ryrio).i.nobili paſſione (hac ſacra die).ſ.i hac ſacra feſtiuitate(q̄)dies (dat veniā).i.idulgētiā(reis).i.p̄ctōrib⁹.

Janitor celi).i.petr⁹ oſtiari⁹ (doctor orbis) i.p̄dicator mūdi ſ.paul⁹(pariter).i.ſimul ſunt(iudices ſecli)⁊ ſunt(vera)mūdi lumia. alter.i.petr⁹(triūphās).i.vicēs(p crucē)alter ali⁹.ſ.paul⁹ triūphās enſe(laureati).i.coronati(poſſidēt ſenatū).i.p̄ncipatū vite eterne.

Apoſtrophā facit ad petrū ſic dicēs (o petre bōe paſtor clemēs accipe iā vota p̄cātū) i.p̄ces(⁊ reſolue vīc'la pc'ti ptāte tibi tradita) a xp̄o(q̄ ptāte)claudis apis (celū).i. paradiſum(cūctis verbo).i.ſermone.

Erit ſolutum ſuper celi radium
In fine mundi iudex erit ſeculi

Nō impar paul⁹ huic doctor gētiū
Electionis templum ſacratiſſimū:
In morte cōpar:i corona particeps
Ambo lucerne & decus eccleſie
In orbe claro coruſcant uibramie

O roma felix q̄ tantorū principū
Es purpurata p̄cioſo ſanguine
Excellis oēm mūdi pulchritudinē
Non laude tua ſed ſc̄tōrū meritis
Quos cruentatis iugulaſti gladiis.

Vos ergo modo glorioſi m̄ŗyres
Petre beate paule mundi lilium
Celeſtis aule triumphales milites
Precibus almis ur̄is nos ab oibus
Munite malis:ferte ſuper ethera.

Gloria deo p immenſa ſecula
Sit tibi nate decus & imperium
Honor poteſta s ſanctoq₃ ſpiritui
Sit trinitati ſalus indiuidua
Per infinita ſeculorū ſecula. Amē.

AVrea luce & decore roſeo
Lux lucis oē ꝓfudiſti ſcl'm
Decorans cœlos inclyto martyrio.
Hac ſacra die que dat reis ueniā.

Ianitor celi doctor orbis pariter
Iudices ſecli uera mundi lumina
Per crucē alter alter enſe triūphās
Vite ſenatū laureati poſſident.

Iā bone paſtor petre clemēs accipe
Vota p̄cantū & peccati uincula
Reſolue tibi poteſtate tradira
Qua cūctis celū uerbo claudis apis

Doctor egregie paule mores
inſtrue
Et mente polum nos transferre ſa
tage:
Donec pfectum largiatur plenius
Euacuato qď ex parte gerimus.

